

CAPUT XXI¹

Apostolorum Piscatio.

Quaeri solet de hac piscatione discipulorum utrum redierint Petrus et filii Zebedaei ad id quod prius fuerant quam a Domino vocarentur. Erant enim piscatores quando eis dixit: *Venite post me, et faciam vos fieri piscatores hominum* (Matth. XIV)². Tunc eum quippe illi secuti sunt, ut magisterio ejus, relictis omnibus, adhaerent, in tantum, ut cum ab eo dives ille tristis abscederet, cui dixerat: *Vade, vende omnia quae habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in coelo, et veni, sequere me* (Matth. XIX), diceret ei Petrus: *Ecce nos dimisimus omnia, et secuti sumus te* (Ibid.). Quid est ergo quo nunc quasi apostolatu relicto fiunt quod fuerant,

et quod dimiserant repetunt, tanquam obliti quod audierant,

Nemo ponens manum super aratrum, respiciens retro, aptus est regno coelorum (Luc. IX)? Quod si fecissent defuncto Jesu prius quam resurrexisset a mortuis (quod quidem non poterant,

quoniam dies quo crucifixus est totos eos tenebat attentos usque ad ejus sepulturam, quae ante vesperam facta est; sequens autem dies erat Sabbati, quando eis patrium morem servantibus operari utique licebat³; tertio vero die Dominus resurrexit, eosque revocavit ad spem quam de illo non habere jam coeperant),

tamen si tunc fecissent, putaremus eos illa quae animos eorum occupaverat desperatione fecisse; nunc vero post eum sibi de sepulcro redditum vivum, post oblatam suis oculis et manibus con solum videndam, verum etiam tangendam atque palpandam redivivae carnis evidentissimam veritatem, post inspecta vulnerum loca, usque ad apostoli Thomae confessionem,

qui se aliter crediturum non esse praedixerat,

post acceptum ejus insufflatione Spiritum sanctum, post verba in suas aures ejus ore prolata: *Sicut misit me Pater, et ego mitto vos: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, et quorum retinueritis retenta sunt*⁴,

subito fiunt, sicut fuerant, non hominum, sed piscium piscatores?

His ergo quos hoc movet respondendum est non fuisse eos prohibitos arte sua, licita scilicet atque concessa, victum necessarium quaerere,

sui apostolatus integritate servata, si quando unde viverent, aliud non haberent.

Nisi forte quispiam putare audebit aut dicere apostolum Paulum non pertinuisse ad eorum perfectionem, qui, relictis omnibus, Christum secuti sunt,

quoniam ne quemquam eorum gravaret quibus Evangelium praedicabat, suum victum suis manibus transigebat (II Thes. II). Ubi magis impletum est quod ait:

Plus omnibus illis laboravi (I Cor. XV); et adiunxit: *Non ego autem, sed gratia Dei mecum* (Ibid.). Ut hoc quoque appareat Dei gratias deputandum, quod et animo et corpore poterat usque adeo plus omnibus illis laborare, ut neque cessaret ab Evangelio praedicando, neque tamen ex Evangelio, sicut illi, sustentaret hanc vitam, cum id per tot gentes, in quibus Christi nomen non fuerat prophetatum, multo latius atque fertilius seminaret.

Ubi ostendit ex Evangelio vivendi, hoc est victum habendi, non necessitatem apostolis impositam, sed potestatem datam. Quam potestatem commemorat idem Apostolus dicens: *Si nos vobis spiritualia seminavimus, magnum est si vestra carnalia metamus? Si alii potestatis vestrae participant, non magis nos? Sed non sumus usi*, inquit, *hac potestate* (I Cor. IX). Et paulo post: *Qui altari serviunt*, inquit, *altari compartiuntur. Sic et Dominus ordinavit iis qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivere. Ego autem nullo horum usus sum* (Ibid.).

Satis igitur apertum est, non imperatum,

sed in potestate apostolis positum, ut aliunde non viverent, nisi ex Evangelio, et ab eis quibus Evangelium praedicando, spiritalia seminabant, carnalia meterent, hoc est, carnis hujus sustentaculum sumerent, et tanquam milites Christi stipendium debitum

CAPO 21

La Pesca degli Apostoli.

Si è soliti chiedersi, a proposito di questa pesca dei discepoli, perché Pietro e i figli di Zebedeo siano tornati a ciò che erano prima che fossero chiamati dal Signore. Erano infatti pescatori quando disse loro: *Venite dietro a me, vi farò pescatori di uomini* (Mt 4, 19). Allora essi certo lo seguirono, per aderire al suo magistero, avendo lasciato tutto, al punto che, quando quel ricco, al quale aveva detto: *Va', vendi ciò che possiedi, dallo ai poveri e avrai un tesoro nel cielo; e vieni! Seguimi!*, si allontanò triste, Pietro gli disse: *Ecco, noi abbiamo lasciato tutto e ti abbiamo seguito* (Mt 19, 21-22 27). Perché, dunque, essi ora, quasi avessero lasciato l'apostolato, ridiventano ciò che erano, e ritornano a ciò che avevano abbandonato, quasi dimentichi di ciò che avevano ascoltato: *Nessuno che mette mano all'aratro e poi si volge indietro, è adatto per il regno dei cieli* (Lc 9, 62)? Se avessero fatto questo, dopo la morte di Gesù e prima che risorgesse dai morti (del resto essi non avrebbero potuto perché il giorno in cui fu crocifisso li tenne totalmente impegnati fino alla sepoltura, che fu fatta prima del vespro; il giorno seguente, poi, era Sabato, quando per loro, che osservavano la tradizione dei padri, non era in ogni caso lecito lavorare; e poi nel terzo giorno il Signore risorse, e li richiamò alla speranza che già avevano cominciato a non avere per lui), tuttavia se allora lo avessero fatto, avremmo ritenuto che essi lo facessero per quella disperazione che si era impadronita dei loro animi. Ora però, dopo che lo hanno riavuto vivo dal sepolcro, dopo che egli ha offerto ai loro occhi e alle mani la realtà evidentissima della sua carne rediviva, non solo da vedere, ma anche da toccare e da palpare, dopo aver guardato i segni delle ferite, sino alla confessione dell'apostolo Tommaso, che prima aveva detto che altrimenti non avrebbe creduto, dopo che hanno ricevuto lo Spirito Santo da lui alitato, dopo le parole proferite dalla sua bocca nelle loro orecchie: *Come il Padre ha mandato me, anche io mando voi. A coloro a cui perdonerete i peccati, saranno perdonati; a coloro a cui li riterrete saranno ritenuti*⁷, d'un tratto diventano, come furono, pescatori, non di uomini ma di pesci?

A quanti dunque rimangono perplessi di fronte a ciò, va risposto che non gli era affatto proibito il proprio mestiere, ovviamente lecito e concesso: cercare il vitto necessario, rispettata l'integrità del loro apostolato, qualora non avessero avuto altro per vivere. A meno che, per caso, qualcuno non oserà pensare o dire che l'apostolo Paolo non abbia avuto parte alla perfezione di coloro che, lasciato tutto, hanno seguito Cristo, perché egli, per non gravare su qualcuno di quelli cui predicava il Vangelo, si guadagnava il vitto con le sue mani (cfr 2Ts 3, 8). Laddove è posto in maggior rilievo ciò che disse: *Ho lavorato più di tutti costoro; e aggiunse: non già io, bensì la grazia di Dio con me* (1Cor 15, 10). Affinché appaia che si debba imputare alla grazia di Dio se aveva potuto lavorare, con animo e corpo, a tal punto più di tutti loro da non cessare di predicare il Vangelo, e tuttavia senza sostentarsi in questa vita grazie al Vangelo, come quelli, mentre lo seminava più largamente e con più frutto attraverso tante popolazioni in mezzo alle quali il nome di Cristo non era stato annunciato. Dimostra così che vivere del Vangelo, cioè trarne sostentamento, non era necessità imposta agli apostoli, ma una possibilità offerta. Questa facoltà ricorda lo stesso Apostolo dicendo: *Se noi abbiamo seminato in voi beni spirituali, è forse gran cosa se raccoglieremo beni materiali? Se altri hanno tale diritto su di voi, noi non l'abbiamo di più? Noi però non abbiamo voluto servirvi*, dice, *di questo diritto* (1Cor 9, 11-12). E poco dopo: *Quelli che servono all'altare, dice, dall'altare ricevono la loro parte. Così anche il Signore ha disposto che quelli che annunciano il Vangelo vivano del Vangelo. Io invece non mi sono avvalso di alcuno di questi diritti* (1Cor 9, 13-15). Pertanto è abbastanza chiaro che non era imposto, ma lasciato alla facoltà degli apostoli, il vivere non di altro se non del Vangelo e mietere beni materiali da coloro in cui, annunciando il Vangelo, seminavano realtà spirituali; cioè che essi prendessero il sostentamentodi questa carne⁸ e, quali

TRACTATUS CXXII - sequentia

2. Quaeri solet de hac piscatione discipulorum, cur redierint Petrus et filii Zebedaei ad id quod fuerunt priusquam a Domino vocarentur: erant enim piscatores quando eis dixit: *Venite post me, et faciam vos piscatores hominum*. Tunc eum quippe illi secuti sunt, ut magisterio eius relictis omnibus adhaerent: in tantum ut cum ab eo dives ille tristis abscederet, cui dixerat: *Vade, vende quae habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in coelo; et veni, sequere me*, diceret ei Petrus: *Ecce nos dimisimus omnia, et secuti sumus te*.

Quid est ergo quod nunc quasi Apostolatu relicto fiunt quod fuerunt,

et quod dimiserant repetunt, tamquam obliti quod audierant:

Nemo ponens manum super aratrum, et respiciens retro, aptus est regno coelorum?

Quod si fecissent defuncto Jesu, priusquam resurrexisset a mortuis: quod quidem non poterant,

quoniam dies quo crucifixus est, totos eos tenebat attentos, usque ad eius sepulturam, quae ante vesperam facta est; sequens autem dies erat sabbati, quando eis morem patrium servantibus, operari utique non licebat; tertio vero die Dominus resurrexit, eosque revocavit ad spem quam de illo non habere iam coeperant:

tamen si tunc fecissent, putaremus eos illa quae animos eorum occupaverat, desperatione fecisse. Nunc vero post eum sibi de sepulcro redditum vivum, post oblatam suis oculis et manibus, non solum videndam, verum etiam tangendam atque palpandam redivivae carnis evidentissimam veritatem; post inspecta vulnerum loca, usque ad apostoli Thomae confessionem,

qui se aliter crediturum non esse praedixerat;

post acceptum eius insufflatione Spiritum sanctum, post verba in suas aures ejus ore prolata: *Sicut misit me Pater, et ego mitto vos: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, et quorum retinueritis, retenta sunt*:

subito fiunt sicut fuerant, non hominum, sed piscium piscatores.

3. His ergo quos hoc movet respondendum est, non eos fuisse prohibitos arte sua, licita scilicet atque concessa, victum necessarium quaerere,

sui Apostolatus integritate servata, si quando unde viverent aliud non haberent.

Nisi forte quispiam putare audebit aut dicere, apostolum Paulum non pertinuisse ad eorum perfectionem qui relictis omnibus Christum secuti sunt,

quoniam ne quemquam eorum gravaret quibus Evangelium praedicabat, suum victum suis manibus transigebat: ubi magis impletum est quod ait:

Plus omnibus illis laboravi; et adiunxit: *Non autem ego, sed gratia Dei mecum*:

ut hoc quoque appareat Dei gratiae deputandum, quod et animo et corpore poterat usque adeo plus illis omnibus laborare, ut neque cessaret ab Evangelio praedicando, neque tamen ex Evangelio, sicut illi, sustentaret hanc vitam;

cum id per tot gentes in quibus Christi nomen non fuerat prophetatum, multo latius atque fertilius seminaret.

Ubi ostendit ex Evangelio vivendi, hoc est victum habendi, non necessitatem Apostolis impositam, sed potestatem datam. Quam potestatem commemorat idem apostolus dicens: *Si nos vobis spiritalia seminavimus, magnum est si vestra carnalia metamus? Si alii potestatis vestrae participant, non magis nos? Sed non sumus, inquit, usi hac potestate*. Et paulo post: *Qui altari serviunt*, inquit, *altari compartiuntur; sic et Dominus ordinavit his qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivere: ego autem nullo horum usus sum*.

Satis igitur apertum est, non imperatum,

sed in potestate Apostolis positum, ut aliunde non viverent nisi ex Evangelio, et ab eis quibus Evangelium praedicando spiritalia seminabant, carnalia meterent; hoc est, carnis huius sustentaculum sumerent, et tamquam milites Christi stipendium debitum

¹ Come già in altri capitoli, anche qui Beda si serve parzialmente della quaestio 57 per integrare il commento alla pesca miracolosa. Anche qui segnalo l'inizio e la fine del passo in questione per poi riproporlo, in coda al capitolo, affiancato al testo della quaestio.

² In realtà Mt 4, 19.

³ Nel testo di Beda manca il “non” presente in Agostino. E questo mi pone un problema non da poco: secondo i costumi dei padri era o non era lecito lavorare, anzi pescare, di sabato? Penso sia più abbordabile la soluzione di Agostino: la legge impediva di lavorare di sabato, ma se lo avessero fatto l'avremmo imputato a disperazione. Però anche l'affermazione di Beda potrebbe essere: le consuetudini (non la legge) consentivano di pescare di sabato, (e, saltando il terzo giorno) tuttavia se lo avessero fatto l'avremmo imputato a disperazione. Poiché l'edizione Migne non segnala il possibile errore, lascio a voi la scelta.

⁴ Gv 20, 21 23

⁷ Ho ritenuto di ritoccare la traduzione NCEI mantenendo il corrispondente di “retineo”.

⁸ Cioè del nostro corpo mortale.

acciperent, sicut a provincialibus Christi.

Unde idem ipse miles egregius paulo superius de hac **redixerat**: *Quis militat suis stipendiis unquam* (I Cor. IX)? quod tamen ipse faciebat, quia plus illis omnibus laborabat. Si ergo beatus Paulus ea potestate, quam profecto cum caeteris Evangelii praedicatoribus habebat, non cum caeteris uteretur, sed suo stipendio militaret, ne gentes a nomine Christi penitus alienas, doctrina ejus quasi venalis offenderet, aliter educatus, artem quam non noverat didicit, ut dum suis manibus transigitur doctor, nullus gravaretur auditor; quanto magis beatus Petrus, qui jam piscator fuerat, quod noverat fecit, si ad praesens illud tempus aliud unde viveret non invenit?

Sed respondebit quispiam: Et cur non invenit, cum Dominus promiserat dicens:

Quaerite primum regnum Dei, et justitiam ejus, et haec omnia apponentur vobis (Matth. VI)? Prorsus etiam sic Dominus quod promisit implevit.

Nam quis alius pisces qui caperentur apposuit, qui non ob aliud credendus est eis ingessisse penuriam, qua compellerentur ire piscatum, nisi dispositum volens exhibere miraculum, ut simul et praedicores Evangelii sui pasceret, et ipsum Evangelium tanto sacramento quod erat de numero piscium commendaturus auget?

Dicit ergo Simon Petrus: Vado piscari. Dicunt ei qui cum illo erant: Venimus et nos tecum. Et exierunt, et ascenderunt navem, et illa nocte nihil apprehenderunt,

usque

*Et cum tanti essent, non est scissum rete*⁵.

Hoc est magnum sacramentum in magno Joannis Evangelio, et ut vehementius commendaretur, loco ultimo scriptum. Quod ergo septem discipuli fuerint in ista piscatione, Petrus, et Thomas, et Nathanael, et duo filii Zebedaei,

et alii duo quorum nomina tacentur, isto suo septenario numero **fidem** significant temporis. Universum quippe septem diebus volvitur tempus. Ad hoc pertinet quod *mane facto Jesus stetit in littore*, quia etiam littus finis est maris, et ideo finem significat saeculi. Eumdem finem saeculi ostendit, et quod Petrus rete extraxit in terram, hoc est in littus: quod ipse Dominus aperuit,

ubi alio loco de sagena in mare missa similitudinem dedit, *et eam trahunt*, inquit, *ad littus*. Quo littus quid esset exponens ait: *Sic erit in consummatione saeculi* (Matth. XIII).

Sed illa verbi est, non rei **gesta** parabola. Re autem gesta, sicut hoc loco, qualiter in saeculi fine futura sit, ita Dominus alia piscatione significavit Ecclesiam qualiter nunc sit. Quod autem illud fecit initio praedicationis suae,

hoc vero post resurrectionem suam, hinc ostendit illam capturam piscium bonos et malos significare quos nunc habet Ecclesia, istam vero tantummodo bonos, quos habebit in aeternum completa in fine hujus saeculi resurrectione mortuorum.

Denique ibi Dominus non sicut hic in littore stabat, quando jussit pisces capi, sed *ascendens in unam navem quae erat Simonis, rogavit eum a terra reducere pusillum; et in ea sedens docebat turbas. Ut cessavit autem loqui, dixit ad Simonem:*

soldati di Cristo, ricevessero lo stipendio dovuto, in quanto governatori di Cristo. A questo proposito il medesimo egregio soldato poco prima aveva ripetuto: *Chi mai si arruola a proprie spese* (1Cor 9, 7)? Tuttavia, proprio lui lo faceva, perché faticava più di tutti quelli. Se dunque il beato Paolo, nei confronti altrui, non si serviva di quel diritto, che di certo divideva con gli altri predicatori del Vangelo, ma voleva militare a sue spese, per non urtare col suo insegnamento, quasi ne avesse un interesse, le genti assolutamente lontane dal nome di Cristo, essendo educato altrimenti, imparò un mestiere che non conosceva, affinché, essendo il predicatore⁹ mantenuto dalle proprie mani, nessun ascoltatore fosse gravato; quanto più il beato Pietro, che già era stato pescatore, fece ciò che sapeva fare, se in quel frangente non trovò altro per vivere? Ma qualcuno risponderà: E come mai non trovò, dato che il Signore aveva promesso, dicendo: *Cercate anzitutto il regno di Dio e la sua giustizia, e tutte queste cose vi saranno date in aggiunta* (Mt 6, 33)? Proprio anche così il Signore compie la sua promessa. Chi altri infatti fece affluire i pesci perché fossero presi, chi è da credere che abbia indotto la loro penuria grazie alla quale costringerli a pescare, se non perché voleva mostrare il miracolo predisposto, così da pascere, in una, i predicatori del suo Vangelo, e far crescere il Vangelo stesso affidandolo a tanto grande mistero, quale era il numero dei pesci?

Dice [dunque] Simon Pietro: Io vado a pescare. Gli dicono - quelli che erano con lui -: Veniamo anche noi con te. Allora uscirono e salirono sulla barca; ma quella notte non presero nulla.

fino a

E benché fossero tanti, la rete non si squarciò.

È un grande mistero questo, nel grande Vangelo di Giovanni; e, per metterlo maggiormente in risalto, è stato scritto alla conclusione. Siccome erano sette i discepoli che presero parte a questa pesca: Pietro, e Tommaso, e Natanaele, e i due figli di Zebedeo e altri due di cui si tace il nome; mediante questo loro numero sette indicano la fede del tempo. Sì, perché tutto il tempo si svolge in sette giorni. A questo si riferisce che: *quando già era l'alba, Gesù stette sulla riva*, perché di certo la riva segna la fine del mare, e rappresenta perciò la fine del secolo. Mostra la medesima fine del secolo anche il fatto che Pietro trasse la rete a terra, cioè sulla riva; [cosa] che il Signore stesso espose quando, in altro passo, propose la parabola della nassa gettata in mare: *la tirano*, dice, *a riva*. E spiegando cosa fosse la riva, dice: *Così sarà alla fine del mondo* (Mt 13, 48-49).

Ma quella è parabola fatta di parole, non di cose. Con un fatto, invece, il Signore ha presentato la Chiesa quale sia ora: con un'altra pesca; così come in questo passo [l'ha presentata] quale sarà alla fine del secolo.¹⁰ Che egli fece quello¹¹ all'inizio della sua predicazione, e questo, invece, dopo la sua risurrezione, dimostra che quella retata di pesci rappresentava i buoni e i cattivi, che ora la Chiesa ha; questa invece soltanto i buoni che avrà in eterno, compiuta la risurrezione dei morti alla fine di questo secolo. Inoltre, in quella, il Signore non stava, come ora, sulla riva, quando ordinò di prendere i pesci, ma *salì in una barca, che era di Simone, e lo pregò di scostarsi un poco da terra. Sedette insegnava alle folle dalla barca. Quando ebbe finito di parlare, disse a*

acciperent, sicut a provincialibus Christi.

Unde idem ipse miles egregius paulo superius de hac **re dixerat**: *Quis militat suis stipendiis unquam?* Quod tamen ipse faciebat, quia plus illis omnibus laborabat.

Si ergo beatus Paulus ut ea potestate, quam profecto cum caeteris Evangelii praedicatoribus habebat, non cum caeteris uteretur, sed suo stipendio militaret, ne gentes a nomine Christi penitus alienas doctrina ejus quasi venalis offenderet, aliter educatus, artem quam non noverat didicit, ut dum suis manibus transigitur doctor, nullus gravaretur auditor; quanto magis beatus Petrus, qui iam piscator fuerat, quod noverat fecit, si ad praesens illud tempus, aliud unde viveret, non invenit?

4. Sed respondebit quispiam: Et cur non invenit, cum Dominus promiserit dicens:

Quaerite primum regnum et iustitiam Dei, et haec omnia apponentur vobis? Prorsus etiam sic Dominus quod promisit implevit.

Nam quis alius pisces qui caperentur apposuit? qui non ob aliud credendus est eis ingessisse penuriam qua compellerentur ire piscatum, nisi dispositum volens exhibere miraculum: ut simul et praedicores Evangelii sui pasceret, et ipsum Evangelium tanto sacramento quod erat de numero piscium commendaturus auget.

De qua re etiam nos quod ipse apposuerit, dicere iam debemus.

5. *Dicit ergo Simon Petrus: Vado piscari. Dicunt ei qui cum illo erant: Venimus et nos tecum. Et exierunt et ascenderunt in navem: et illa nocte nihil apprehenderunt.*

Mane autem iam facto stetit Iesus in littore; non tamen cognoverunt discipuli quia Iesus est. Dicit ergo eis Iesus: Pueri, numquid pulmentarium habetis? Responderunt ei: Non. Dicit eis: Mittite in dexteram navigii rete, et invenietis. Miserunt ergo, et iam non valebant illud trahere a multitudine piscium. Dicit ergo discipulus ille quem diligebat Iesus, Petro: Dominus est. Simon Petrus cum audisset quia Dominus est, tunica succinxit se, erat enim nudus, et misit se in mare. Alii autem discipuli navigio venerunt (non enim longe erant a terra, sed quasi cubitis ducentis), trahentes rete piscium. Ut ergo descenderunt in terram, viderunt prunas positas, et pisces superpositum, et panem. Dicit eis Iesus: Afferte de piscibus quos apprehendistis nunc. Ascendit Simon Petrus, et traxit rete in terram plenum magnis piscibus centum quinquaginta tribus.

Et cum tanti essent, non est scissum rete.

6. Hoc est magnum sacramentum in magno Ioannis Evangelio; et ut vehementius commendaretur, loco ultimo scriptum. Quod ergo septem discipuli fuerunt in ista piscatione, Petrus, et Thomas, et Nathanael, et duo filii Zebedaei,

et alii duo quorum nomina tacentur, isti suo septenario numero **finem** significant temporis. Universum quippe septem diebus volvitur tempus. Ad hoc pertinet quod mane facto Iesus stetit in littore; quia etiam littus finis est maris, et ideo finem significat saeculi. Eumdem finem saeculi ostendit et quod Petrus rete extraxit in terram, hoc est in littus. Quod ipse Dominus aperuit,

ubi alio quodam loco de sagena in mare missa similitudinem dedit: *Et eam trahunt*, inquit, *ad littus*. Quod littus quid esset exponens, ait: *Sic erit in consummatione saeculi.*

Ecclesiae sacramentum in duabus piscationibus.

7. Sed illa verbi est, non rei **gestae** parabola: re autem gesta, sicut hoc loco qualiter in saeculi fine futura sit, ita Dominus alia piscatione significavit Ecclesiam qualiter nunc sit. Quod autem illud fecit in initio praedicationis suae,

hoc vero post resurrectionem suam, hinc ostendit illam capturam piscium, bonos et malos significare, quos nunc habet Ecclesia; istam vero tantummodo bonos, quos habebit in aeternum, completa in fine huius saeculi resurrectione mortuorum.

Denique ibi Iesus non sicut hic in littore stabat, quando iussit pisces capi; sed *ascendens in unam navim quae erat Simonis, rogavit eum ut a terra reduceret pusillum; et in ea sedens docebat turbas. Ut cessavit autem loqui, dixit ad Simonem:*

⁵ Gv 21, 3. 11

⁹ Per l'esattezza "doctor" e chi "docet", chi insegna. Paolo è paragonato ad un insegnante di scuola privata che, per non gravare sulle economie degli allievi, si procura il pane facendo un secondo lavoro. Per facilitare la comprensione mi sono permesso di tradurre con "predicatore".

¹⁰ L'immediato prosiegua del discorso rende chiaro che qui Beda e Agostino già non si riferiscono più alle pesche di Gv 21, 3-11 e di Mt 13, 48-49 – appena citate-, ma a quelle di Lc 5, 1-11 e Gv 21, 3-11. Pertanto le pesche di Gv e Mt sono associate fra loro in quanto pesche escatologiche, ma differenziate per essere la prima racconto di un fatto, e la seconda pura immagine esemplificativa; viceversa le pesche di Lc e Gv sono associate dall'essere entrambe resoconti di fatti, ma differenziate per essere la prima immagine del presente e la seconda, invece, della realtà escatologica.

¹¹ Questi pronomi al neutro potrebbero essere più comprensibilmente tradotti con "questo / quel fatto"; si riferiscono alle pesche miracolose in parola.

Duc in altum, et laxate retia vestra in capturam (Luc. V). Et illic quod captum est piscium, in naviculis fuit, non sicut hic rete traxerunt in terram.

His signis, et si qua aliqua potuerint reperiri, ibi Ecclesia in hoc saeculo, hic vero in fine saeculi figurata est: ideo illud ante, hoc autem post resurrectionem Domini factum est, quia ibi nos Christus significavit vocatos, hic resuscitados. Ibi retia non mittuntur in dexteram, ne solos significant bonos; nec in sinistram, ne solos malos, sed indifferentes: *Laxate*, inquit, *retia vestra in capturam*, ut permistos intelligamus bonos et malos.

Hic autem: *Mittite*, inquit, *in dexteram navigii rete*, ut significaret eos qui stabant ad dexteram solos bonos. Ibi rete propter significanda schismata rumpebatur; hic vero, quoniam tunc iam in illa summa pace sanctorum nulla erant schismata, pertinuit ad evangelistam dicere: *Et cum tanti essent*, id est, tam magni, *non est scissum rete*, tanquam illud respiceret ubi scissum est, et in illius mali comparatione commendaret hoc bonum. Ibi capta est multitudo piscium tanta, ut impleta duo navigia mergerentur, id est, in submersionem premerentur. Non enim mersa sunt, sed tamen periclitata. Unde enim existunt in Ecclesia tanta quae gemimus, nisi cum tantae multitudini obsisti non potest, quae ad submergendam propemodum disciplinam intrat cum moribus suis a sanctorum itinere penitus alienis?

Hic autem miserunt rete in dexteram partem, *et jam non valebant illud trahere prae multitudine piscium*. Quid est, *et jam non valebant illud trahere*, nisi quia illi qui pertinent ad resurrectionem vitae, id est, ad dexteram, et intra Christiani nominis retia defunguntur, non nisi in littore, id est, in fine saeculi, cum resurrexerint, apparebunt? Ideo non valuerunt sic trahere retia, ut in navem refunderent quos ceperant pisces, sicut de illis factum est quibus rete disruptum, et naviculae pressae sunt. Habet istos dextros Ecclesia post finem vitae hujus in somno pacis, velut in profundo latentes, donec ad littus rete perveniat, quod trahebatur quasi a cubitis ducentis. Quod autem illic duabus naviculis, propter circumcisionem et praeputium, hoc isto loco ducentis cubitis existimo figuratum propter utriusque generis electos, et circumcisionis, et praeputii, tanquam centum et centum, quia in summa **centenaria numerum** ad dexteram transiit. Postremo in illa piscatione numerus non exprimitur, tanquam illud ibi fiat quod praedictum est per Prophetam: *Annuntiavi et locutus sum; multiplicati sunt super numerum* (Psal. XXXIX). Hic vero non sunt aliqui super numerum, sed certus est numerus centum quinquaginta tres. Cujus numeri ratio, Domino adjuvante, reddenda est.

Si enim numerum constituamus qui legem significet, quid erunt nisi decem? Decalogum quippe legis, id est, decem novissima illa praecepta, digito Dei in duabus lapideis tabulis primum fuisse conscripta (Exod. XXXI), certissimum est nobis. Sed lex, quando non adjuvat gratia, praevaricatores facit, et tantummodo in littera est. Propter hoc enim maxime ait Apostolus: *Littera occidit, spiritus autem vivificat* (I Cor. III). Accedat ergo ad litteram spiritus, ne occidat littera quam non vivificat spiritus; sed ut operemur praecepta legis, non viribus nostris, sed gratia Salvatoris.

Cum autem accedit ad legem gratia, id est, ad litteram spiritus, quodammodo denario numero additur septenarius. Isto quippe numero, id est, septenario, significari Spiritum sanctum, advertenda litterarum sacrarum documenta testantur. Nempe enim sanctitas vel sanctificatio ad centum proprie pertinet spiritum. Unde cum et Pater spiritus sit, et Filius spiritus sit, quoniam Deus spiritus est (Joan. IV), et Pater sanctus, et Filius sanctus sit, proprio tamen nomine amborum, Spiritus vocatur Spiritus sanctus. Ubi ergo primum in lege sonuit sanctificatio, nisi in die septimo? Non enim sanctificavit Deus diem primum, in quo fecit lucem, aut secundum, in quo **fecit** firmamentum, aut tertium, in quo discrevit mare a terra, et terra herbam lignumque produxit, aut quartum, in quo sidera sunt creata, aut quintum, in quo animalia quae in aquis vivunt, et in aere volitant, aut sextum, in quo terrestres anima viva, et ipse homo; sed sanctificavit diem septimum, in quo requievit ab operibus suis (Gen. II). Convenienter igitur septenario numero significatur Spiritus sanctus. Isaias autem Propheta: *Requiescet in eo*, inquit, *spiritus*

Simone: Prendi il largo e gettate le vostre reti per la pesca (Lc 5, 3-4). E il pesce che allora pescarono fu raccolto nelle barche, non lo tirarono a terra nelle reti, come qui.

Per questi segni - e qualche altro che possa essere reperito - là fu raffigurata la Chiesa in questo secolo; qui, invece, alla fine del secolo; per questo, quello fu compiuto prima, mentre questo dopo la risurrezione del Signore; perché là Cristo ci raffigurò chiamati, qui risuscitati. Là le reti non vengono gettate sulla destra, per non significare i soli buoni, e neppure a sinistra, per i soli cattivi, ma indifferentemente: *Gettate*, dice, *le vostre reti per la pesca*, per farci intendere che i buoni e i cattivi sono mescolati. Qui invece: *Gettate*, dice, *la rete dalla parte destra della barca*, per indicare quelli che stavano a destra, soltanto i buoni. Là la rete si strappava per indicare gli scismi; qui, invece, siccome allora nella suprema pace dei santi non ci sarà più alcuna scissione, all'evangelista competè dire: *E benché fossero tanti* - cioè tanto grandi – *la rete non si squarciò*, come se alludesse a dove si squarciò, per far risaltare, dal confronto con la cattiva, questa buona. Là fu presa una tale moltitudine di pesci che le due barche, stracariche, affondavano¹², cioè erano spinte a essere sommerse. Infatti non furono sommerse, ma tuttavia hanno corso il pericolo. Donde proviene alla Chiesa il tanto di cui ci doliamo, se non che non può tener testa all'enorme moltitudine che entra quasi a sommergere la disciplina con i suoi costumi del tutto estranei al cammino dei santi? Qui, invece, gettarono la rete dalla parte destra, *e non riuscivano più tirarla su per la grande quantità di pesci*. Che significa: *non riuscivano più a tirarla su*, se non che coloro che appartengono alla risurrezione della vita, cioè alla destra, e finiscono la loro vita nelle reti del nome cristiano, non appariranno se non sulla riva, cioè alla fine del secolo, quando saranno risorti? Per questo non riuscivano a tirare la rete per rovesciare nella barca i pesci che avevano presi, come invece avvenne di quelli per cui la rete si strappò e le barche erano sovraccariche. La Chiesa possiede questi che sono a destra dopo la fine di questa vita nel sonno della pace, come nascosti nel profondo, sino sino a che la rete, trascinata per circa duecento cubiti, giunga alla riva. Peraltro ciò che là stimo fosse raffigurato dalle due barche, a motivo della circonscisione e del prepuzio, qui è raffigurato dai duecento cubiti a motivo degli eletti di ciascuna provenienza, dalla circonscisione e dal prepuzio, - così come cento e cento - poiché nella somma le centinaia dei numeri passano a destra.¹³ Infine, in quella pesca, il numero non è espresso, come se lì avvenisse ciò che è predetto dal Profeta: *Li ho annunciat e raccontati; si sono moltiplicati oltre ogni numero* (Sal 39, 6)¹⁴. Qui invece non ce ne sono oltre ogni numero, ma il numero è certo: centocinquantatré. Dobbiamo, con l'aiuto del Signore, rendere ragione di questo numero.

Se infatti vogliamo trovare un numero che defnisca la legge, quale sarà se non dieci? Che il Decalogo della legge, cioè quei dieci definitivi comandamenti, siano stati scritti per la prima volta col dito di Dio su due tavole di pietra (Es 31, 18), è cosa più che certa per noi. Ma la legge, quando la grazia non aiuta, ci rende prevaricatori, e rimane soltanto lettera. Per questo infatti l'Apostolo più di tutto dice: *La lettera uccide, lo Spirito invece dà vita* (2Cor 3, 6). Si unisca dunque lo spirito alla lettera, affinché la lettera che lo spirito non vivifica non uccida; ma affinché adempiamo i comandamenti della legge, non con le nostre forze, ma con la grazia del Salvatore. Quando poi alla legge si unisce la grazia, cioè: alla lettera lo spirito¹⁵, in qualche modo al numero dieci si aggiunge il sette. Invero da questo numero, cioè il sette, è significato lo Spirito Santo, come attestano i venerabili documenti delle sacre lettere. Infatti, la santità o santificazione riguarda propriamente lo spirito al cento [per cento]. Per cui, per quanto il Padre sia spirito e il Figlio sia spirito, poiché Dio è spirito (cfr Gv 4, 24); ed il Padre sia santo, e il Figlio sia santo, tuttavia con proprio nome, lo Spirito di entrambi è chiamato Spirito santo. E dove, poi, per la prima volta nella legge risuona la santificazione, se non nel settimo giorno? Dio infatti non santificò il primo giorno, in cui fece la luce, né il secondo, in cui fece il firmamento, né il terzo, in cui separò il mare dalla terra, e la terra produsse erba e alberi, né il quarto, in cui furono create le stelle, né il quinto, in cui [fece] gli animali che vivono nelle acque e si librano nell'aria, né il sesto, in cui [fece] le anime vive terrestri, e l'uomo stesso; ma santificò il settimo giorno, in cui egli riposò dalle sue opere (cfr Gn 2, 3). Opportunamente, quindi, il numero sette è simbolo dello Spirito santo. Così il profeta Isaia: *Riposerà in lui*, dice,

Duc in altum, et laxate retia vestra in capturam. Et illic quod captum est piscium in naviculis fuit, non sicut hic rete extraxerunt in terram.

His signis et si qua alia potuerint reperiri, ibi Ecclesia in hoc saeculo, hic vero in fine saeculi figurata est: ideo illud ante, hoc autem post resurrectionem Domini factum est; quia ibi nos Christus significavit vocatos, hic resuscitados. Ibi retia non mittuntur in dexteram, ne solos significant bonos, nec in sinistram, ne solos malos; sed indifferentes: *Laxate*, inquit, *retia vestra in capturam*, ut permixtos intellegamus bonos et malos:

hic autem, inquit: *Mittite in dexteram navigii rete*, ut significaret eos qui stabant ad dexteram, solos bonos. Ibi rete propter significanda schismata rumpebatur; hic vero quoniam tunc iam in illa summa pace sanctorum nulla erunt schismata, pertinuit ad Evangelistam dicere: *Et cum tanti essent*, id est, tam magni, *non est scissum rete*; tanquam illud respiceret ubi scissum est, et in illius mali comparatione commendaret hoc bonum. Ibi capta est multitudo piscium tanta, ut impleta duo navigia mergerentur, id est, in submersionem premerentur: non enim mersa sunt, sed tamen periclitata. Unde enim existunt in Ecclesia, tanta quae gemimus; nisi cum tantae multitudini obsisti non potest, quae ad submergendam propemodum disciplinam intrat cum moribus suis a sanctorum itinere penitus alienis?

Hic autem miserunt rete in dexteram partem, *et iam non valebant illud trahere a multitudine piscium*. Quid est, *iam non valebant illud trahere*, nisi quia illi qui pertinent ad resurrectionem vitae, id est ad dexteram, et intra christiani nominis retia defunguntur, non nisi in littore, id est in fine saeculi cum resurrexerint, apparebunt? Ideo non valuerunt sic trahere retia, ut in navem refunderent quos ceperant pisces; sicut de illis **omnibus** factum est, quibus rete disruptum, et naviculae pressae sunt. Habet autem istos dextros Ecclesia post finem vitae huius in somno pacis, velut in profundo latentes, donec ad littus rete perveniat quo trahebatur, quasi a cubitis ducentis. Quod autem illic duabus naviculis, propter circumcisionem et praeputium; hoc isto loco ducentis cubitis existimo figuratum, propter utriusque generis electos, et circumcisionis et praeputii, tamquam centum et centum; quia in summa **centenarii numerus** ad dexteram transit. Postremo in illa piscatione numerus piscium non exprimitur, tamquam illud ibi fiat quod praedictum est per prophetam: *Annuntiavi et locutus sum; multiplicati sunt super numerum*: hic vero non sunt aliqui super numerum, sed certus est numerus centum quinquaginta tres; cuius numeri ratio Domino adjuvante reddenda est.

Quid significet numerus centum quinquaginta tres.

8. Si enim numerum constituamus qui Legem significet, quid erunt nisi decem? Decalogum quippe Legis, id est, decem notissima illa praecepta digito Dei duabus lapideis tabulis primum fuisse conscripta certissimum nobis est. Sed Lex quando non adjuvat gratia, praevaricatores facit, et tantummodo in littera est: propter hoc enim maxime ait Apostolus: *Littera occidit, spiritus autem vivificat*. Accedat ergo ad litteram spiritus, ne occidat littera quem non vivificat spiritus; sed ut operemur praecepta Legis, non viribus nostris, sed munere Salvatoris.

Cum autem accedit ad Legem gratia, id est, ad litteram spiritus, quodammodo denario numero additur septenarius. Isto quippe numero, id est, septenario, significari Spiritum sanctum, advertenda Litterarum sacrarum documenta testantur. Nempe enim sanctitas vel sanctificatio ad sanctum proprie pertinet Spiritum: unde cum et Pater spiritus sit, et Filius spiritus sit, quoniam Deus spiritus est; et Pater sanctus, et Filius sanctus sit: proprio tamen nomine amborum Spiritus vocatur Spiritus sanctus. Ubi ergo primum in Lege sonuit sanctificatio, nisi in die septimo? Non enim sanctificavit Deus diem primum, in quo fecit lucem; aut secundum, in quo firmamentum; aut tertium, in quo discrevit mare a terra, et terra herbam lignumque produxit; aut quartum, in quo sidera sunt creata; aut quintum, in quo animalia quae in aquis vivunt et in aere volitant; aut sextum, in quo terrestres anima viva et ipse homo: sed sanctificavit diem septimum, in quo requievit ab operibus suis. Convenienter igitur septenario numero significatur Spiritus sanctus. Isaias etiam propheta: *Requiescet*, inquit, *in eo Spiritus Dei*:

¹² cfr Lc 5, 3-7

¹³ Ho ritenuto di risolvere in questo modo le sottili differenze tra la redazione di Beda e quella di Agostino di questo passo che mi rimane peraltro piuttosto oscuro.

¹⁴ Ho ritenuto meglio adottare la traduzione di Vulg. NCEI traduce “Se li voglio annunciare e proclamare, sono troppi per essere contati.”

¹⁵ Parallelo costruito su due binomi: Legge = lettera, grazia = spirito.

Domini (Isai. XI), eumque deinceps commendans ab opere vel munere septenario, Spiritus, inquit, sapientiae et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiae et pietatis; et implebit illum spiritus timoris Domini (Ibid.), Quid? in Apocalypsi nonne septem spiritus Dei dicuntur (Apoc. I)⁶, cum sit unus atque idem spiritus, dividens propria unicuique prout vult (I Cor. XII)?

Sed operatio septenaria unius spiritus sic appellata est ab eodem spiritu qui scribenti adfuit, ut septem spiritus dicerentur. Cum itaque legis denario Spiritus sanctus per septenarium numerum accedit, fiunt decem et septem:

qui numerus ab uno usque ad seipsum computatis omnibus crescens, usque ad centum quinquaginta tres pervenit. Ad unum enim si adjicias duo, fiunt utique tres: his si adjicias tres, et quatuor, fiunt omnes decem. Deinde si addas omnes numeros qui sequuntur, usque ad decem et septem, ad supradictum numerum summa perducitur. Id est, si ad decem quo ab uno usque quatuor perveneras, addas quinque, et fiant quindecim; his si addas sex, et fiant viginti unus; his si addas septem, et fiant viginti octo, his si addas octo, et novem et decem, et fiant quinquaginta quinque; his si addas undecim et duodecim et tredecim, et fiant nonaginta unum; his rursus quatuordecim et quindecim et sedecim, et fiant centum triginta sex; huic numero adde illum qui restat de quo agitur, id est, decem et septem, et piscium numerus ille complebitur. Non ergo tantummodo centum quinquaginta tres sancti ad vitam resurrecturi significantur aeternam,

qui numerus ter habet etiam quinquagenarium numerum, et insuper ipsa tria propter mysterium Trinitatis. Quinquagenarius autem, multiplicatis septem per septem, et unius adiectione, completur. Nam septies septem fiunt quadraginta novem. Unus autem additur, ut eo significetur unum esse qui per septem, propter operationem septenariam demonstratur. Et novimus Spiritum sanctum post ascensionem Domini quinquagesimo die missum, quem discipuli iussi sunt exspectare promissum (Act. I, II; Luc. XXIV). Non igitur frustra dicti sunt hi pisces et tot et tanti, id est, et centum quinquaginta tres, et magni. Sic enim scriptum est: *Et traxerunt rete in terram, plenum magnis piscibus centum quinquaginta tribus*. Cum enim dixisset Dominus: *Non veni legem solvere, sed adimplere* (Matth. V), daturus utique Spiritum, per quem lex possit impleri, tanquam septem additurus ad decem, paucissimis verbis interpositis, ait: *Qui ergo solverit unum de mandatis istis minimis, et docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno coelorum* (Ibid.).

Iste ergo poterit pertinere ad numerum piscium magnorum; minimus autem ille, qui solvit factis quod docet verbis, in tali Ecclesia potest esse, qualem significat piscium prima illa captura, habentem bonos et malos, quia et ipsa dicitur regnum coelorum, propter quod ait: *Simile est regnum coelorum sagenae missae in mare, et ex omni genere piscium congreganti* (Matth. XIII), ubi vult intelligi etiam bonos et malos, quos dicit in littore vel in fine saeculi separandos. Denique ut ostenderet istos minimos reprobos esse, qui docent bona loquendo, quae solvunt male vivendo, nec quasi minimos in vita aeterna futuros, sed omnino ibi non futuros, cum dixisset: *Minimus vocabitur in regno coelorum* (Matth. V), continuo subiecit: *Dico autem vobis quia nisi abundaverit iustitia vestra plus quam scribarum et Pharisaeorum, non intrabitis in regnum coelorum* (Ibid.).

Consequens est ergo, ut qui minimus est in regno coelorum qualis nunc est Ecclesia, non intret in regnum coelorum qualis tunc erit Ecclesia, quoniam docendo quod solvit, ad eorum societatem qui faciunt quod docent non pertinebit; et ideo non erit in numero piscium magnorum, quoniam *qui fecerit et docuerit, magnus vocabitur in regno*

*lo Spirito del Signore*¹⁶; passando poi ad esaltarlo per le sette opere o i [sette] doni: Spiritus, dice, di sapienza e d'intelligenza, spirito di consiglio e di fortezza, spirito di conoscenza e di pietà, e lo riempirà dello spirito del timore del Signore (Is 11, 2-3). Cosa? nell'Apocalisse non si parla forse di sette spiriti di Dio (cfr Ap 3, 1), benché sia unico e identico lo Spirito che distribuisce a ciascuno come vuole ciò che è suo (cfr. I Cor 12, 11)? Ma l'operazione settimanaria dell'unico spirito è chiamata così dallo stesso spirito, che ha assistito lo scrittore perché gli spiriti fossero detti sette. Ora, se al dieci della legge, lo Spirito accede per mezzo del numero sette, abbiamo diciassette; e questo numero, se contando da uno sino a se stesso si sommano tutti i crescenti, si giunge a centocinquantatré. Se infatti a uno aggiungi due ottieni tre, se aggiungi ancora tre e poi quattro ottieni dieci. Se poi aggiungi tutti i numeri che seguono fino al diciassette la somma raggiungerà il numero sopraddetto. Cioè se al dieci, cui perverrai dall'uno sino al quattro, aggiungi il cinque, ottieni quindici; se a questo aggiungi ancora sei e ottieni ventuno; a questo aggiungi il sette e avrai ventotto; se al ventotto aggiungi l'otto, il nove e il dieci, avrai cinquantacinque; a questo se aggiungi undici, dodici e tredici, e sei a novantuno; a questo aggiungi ancora quattordici, quindici e sedici, e avrai centotrentasei; a questo numero aggiungi quello che resta di ciò di cui stiamo trattando, cioè il diciassette, e il numero dei pesci sarà compiuto. Non sono semplicemente indicati, i centocinquantatré santi che risorgeranno per la vita eterna;

questo numero ha tre volte il numero cinquanta, con l'aggiunta dello stesso tre, a motivo del mistero della Trinità. Il cinquanta, poi, è composto da sette per sette con l'aggiunta di uno. Infatti sette volte sette fa quarantanove. Vi si aggiunge uno per indicare che è uno solo colui che si manifesta attraverso l'operazione settimanaria.

E sappiamo che, dopo l'ascensione del Signore, fu mandato nel cinquantesimo giorno lo Spirito santo, che era stato ordinato ai discepoli di aspettare [secondo la] promessa (cfr At 1, 4; 2, 2-4; Lc 24, 49). Non invano dunque questi pesci sono detti tanti e tanto grandi, cioè, sia centocinquantatré, sia grossi. Così infatti è scritto: *e trasse a terra la rete piena di centocinquantatré grossi pesci*. Il Signore, infatti, dopo aver detto: *Non sono venuto ad abolire la legge, ma a darle pieno compimento* (Mt 5, 17), nell'atto di dare lo Spirito, che consentisse di adempiere la legge, come aggiungendo il sette al dieci, dopo poche parole, dice: *Chi, dunque trasgredirà uno solo di questi minimi precetti e insegnerà agli [uomini] a far lo stesso, sarà considerato minimo nel regno dei cieli* (ibid. 5, 19). [Chi invece li osserverà e li insegnerà, sarà considerato grande nel regno dei cieli.]¹⁷ Costui dunque potrà essere pertinente al numero dei grossi pesci; il minimo invece, che distrugge con i fatti ciò che insegna con le parole, potrà essere in quella Chiesa raffigurata nella prima cattura di pesci, fatta di buoni e di cattivi, perché anch'essa viene chiamata regno dei cieli, secondo quanto dice: *Il regno dei cieli è simile a una gran rete gettata nel mare, che raccoglie ogni genere di pesci* (Mt 13, 47), dove vuole intendere tanto i buoni che i cattivi, di cui dice che dovranno essere separati sulla riva, ossia alla fine del secolo. Inoltre, per far vedere che questi minimi sono reprobati, che parlando insegnano cose buone che dissolvono vivendo male, e neppure saranno come minimi nella vita eterna, anzi li non ci saranno proprio, dopo aver detto: *sarà considerato minimo nel regno dei cieli*, immediatamente aggiunge: *Io vi dico infatti: se la vostra giustizia non supererà quella degli scribi e dei farisei, non entreranno nel regno dei cieli* (Mt 5, 20).

Ne consegue che, chi è minimo nel regno dei cieli quale è ora la Chiesa, non entrerà nel regno dei cieli quale sarà allora la Chiesa, perché, insegnando ciò che poi disfa, non potrà far parte della società di coloro che fanno ciò che insegnano; e pertanto non farà parte del numero dei grossi pesci, in quanto solo *chi li osserverà e li insegnerà,*

eumque deinceps commendans opere vel munere septenario:

Spiritus, inquit, sapientiae et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiae et pietatis, et implebit illum spiritus timoris Dei.

Quid in Apocalypsi? nonne septem spiritus Dei dicuntur, cum sit unus atque idem Spiritus, dividens propria unicuique prout vult?

Sed operatio septenaria unius Spiritus sic appellata est ab eodem Spiritu, qui scribenti adfuit, ut septem spiritus dicerentur. Cum itaque Legis denario Spiritus sanctus per septenarium numerum accedit, fiunt decem et septem:

qui numerus ab uno usque ad seipsum computatis omnibus crescens, ad centum quinquaginta tres pervenit. Ad unum enim si adicias duo, fiunt utique tres; his si adicias tres et quatuor, fiunt omnes decem; deinde si adicias omnes numeros qui sequuntur usque ad decem et septem, ad supradictum numerum summa perducitur; id est, si ad decem, quo ab uno usque ad quatuor perveneras, addas quinque, fiunt quindecim: his addas sex, et fiunt viginti unum; his addas septem, et fiunt viginti octo; his addas octo et novem et decem, et fiunt quinquaginta quinque; his addas undecim et duodecim et tredecim, et fiunt nonaginta unum; his rursus quatuordecim et quindecim et sedecim, et fiunt centum triginta sex: huic numero adde illum qui restat de quo agitur, id est decem et septem, et piscium numerus ille complebitur. Non ergo tantummodo centum quinquaginta tres sancti ad vitam resurrecturi significantur aeternam, sed millia sanctorum ad gratiam Spiritus pertinentium: qua gratia cum Lege Dei tamquam cum adversario concordatur; ut vivificante Spiritu littera non occidat, sed quod per litteram iubetur, Spiritu adjuvante compleatur, et si quid minus fit, remittatur. Omnes ergo ad istam gratiam pertinentes, hoc numero figurantur, hoc est figurate significantur.

Qui numerus ter habet etiam quinquagenarium numerum, et insuper ipsa tria propter mysterium Trinitatis: quinquagenarius autem multiplicatis septem per septem, et unius adiectione completur; nam septies septem fiunt quadraginta novem. Unus autem additur, ut eo significetur unum esse qui per septem propter operationem septenariam demonstratur: et novimus Spiritum sanctum post ascensionem Domini quinquagesimo die missum, quem discipuli iussi sunt exspectare promissum.

9. Non igitur frustra dicti sunt hi pisces et tot et tanti,

id est et centum quinquaginta tres et magni. Sic enim scriptum est: *Et traxit rete in terram plenum magnis piscibus centum quinquaginta tribus*. Cum enim dixisset Dominus: *Non veni solvere Legem, sed implere*, daturus utique Spiritum per quem Lex posset impleri, tanquam septem additurus ad decem; paucissimis verbis interpositis ait: *Qui ergo solverit unum de mandatis istis minimis, et docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno coelorum: qui autem fecerit et docuerit, magnus vocabitur in regno coelorum*.

Iste ergo poterit pertinere ad numerum piscium magnorum.

Minimus autem ille qui solvit factis quod docet verbis, in tali Ecclesia potest esse, qualem significat piscium prima illa captura, habentem bonos et malos, quia et ipsa dicitur regnum coelorum: propter quod ait: *Simile est regnum coelorum sagenae missae in mare, et ex omni genere congreganti*.

Ubi vult intellegi etiam bonos, et malos; quos dicit in littore,

id est, in fine saeculi separandos. Denique ut ostenderet istos minimos reprobos esse, qui docent bona loquendo, quae solvunt male vivendo, nec quasi minimos in vita aeterna futuros, sed omnino ibi non futuros;

cum dixisset: *Minimus vocabitur in regno coelorum*, continuo subiecit: *Dico enim vobis, quia nisi abundaverit iustitia vestra plus quam Scribarum et Pharisaeorum, non intrabitis in regnum coelorum*.

Illi sunt certe, Scribae et Pharisei, qui cathedram Moysi sedent, et de quibus ait: *Quae dicunt facite; quae autem faciunt, facere nolite: dicunt enim et non faciunt*: docent sermonibus, quod solvunt moribus.

Consequens est ergo, ut qui minimus est in regno coelorum, qualis nunc est Ecclesia, non intret in regnum coelorum, qualis tunc erit Ecclesia; quoniam docendo quod solvit, ad eorum societatem qui faciunt quod docent, non pertinebit: et ideo non erit in numero piscium magnorum; quoniam *qui fecerit et docuerit, magnus vocabitur in regno*

⁶ In realtà Ap 3, 1

¹⁶ NCEI traduce “2Su di lui si poserà lo spirito del Signore, spirito di sapienza e d’intelligenza, spirito di consiglio e di fortezza, spirito di conoscenza e di timore del Signore. 3Si compiacerà del timore del Signore.”; ritengo opportuno un maggior allineamento a Vulg.

¹⁷ Contrariamente ad Agostino, il testo di Beda tronca la citazione alla prima metà del v. 19; ma ritengo che lo svolgimento del discorso segni uno iato che ne impedisce la comprensione. Pertanto ho deciso di integrarla tra parentesi quadra.

coelormm (Ibid.); et quia hic magnus erit, ideo ibi minimus ille non erit. Usque adeo quippe ibi magni erunt, ut qui ibi minor est, major sit eo quo hic nemo major est.

Sed tamen hic qui magni sunt, id est, qui in hoc regno coelorum ubi sagena congregat bonos et malos, faciunt bona quae docent, ipsi erunt in illa regni coelorum aeternitate majores, quos isti ad dexteram, et ad resurrectionem vitae pertinentes indicant pisces.

²¹Potest etiam si numerus iste consideretur, occurrere ad Ecclesiae sanctitatem, quae per Dominum nostrum Jesum Christum facta est, ut quoniam septenario numero creatura constat, cum ternarius animae, et quaternarius corpori tribuitur, susceptio ipsa hominis significetur, ducanturque tria septies, quia Pater misit Filium, et Pater in Filio est, et dono Spiritus sancti de virgine natus est. Haec sunt tria, Pater, et Filius, et Spiritus sanctus. Septies autem ipse homo temporali dispensatione susceptus, ut fieret sempiternus. Fit ergo summa numeri viginti unum, vel tria septies. Haec autem hominis susceptio ad liberationem valuit Ecclesiae, cui ille caput est. Ac ipsa Ecclesia propter animam et corpus in eodem septenario numero reperitur. Ducantur itaque viginti unum item septies propter eos qui per hominem dominicum liberantur, et fiunt simul CXLVII,

cui additur liberarius numerus signum perfectionis, quia partibus suis quae illum metiuntur, constat ita ut nihil minus, nihil amplius inveniatur. Metitur quippe illum unum quod habes sexies, et duo, quae habet ter, et tria, quae habet bis, quae simul ducta unum, et duo, et tria, sex fiunt. Quod fortassis ad illud etiam sacramentum pertineat, quod Deus sexta die perfecit omnia opera sua (Gen. II). Ad centum igitur et quadraginta septem cum sex addideris, quod signum perfectionis est, fiunt centum quingenta tria: qui numerus piscium invenitur posteaquam jussu Domini in dexteram partem missa sunt retia, ubi peccatores, qui ad sinistram pertinent, non inveniuntur. Peractis ergo Dominus quadraginta diebus post resurrectionem cum discipulis suis, idest, commendans eis, quod pro nobis temporaliter gestum est, ascendit in coelum, et post alios quadraginta dies misit Spiritum sanctum, quo perficerentur spiritualiter ad invisibilia capienda, qui visibilibus temporalibusque crediderant, ipsis, videlicet, decem diebus, post quos misit Spiritum sanctum, eandem perfectionem, quae per Spiritum sanctum confertur, denario indicans. Ergo quoniam perfectio, quae fit per Spiritum sanctum, quandiu adhuc in carne ambulamus, quamvis non vivamus carnaliter, cum ipsa temporali dispensatione copuletur, recte videtur quinquagenarius numerus ad Ecclesiam pertinere, sed jam purgatam atque perfectam, quae temporalis dispensationis fidem, atque aeternitatis futurae spem charitate amplectitur, id est, quasi quadragenarium numero denario copulat. Haec autem Ecclesia, ad quam pertinet quinquagenarius numerus, quia ex tribus generibus hominum eligitur, Judaeis, gentibus, et carnalibus Christianis, sive quia sacramento Trinitatis imbuitur, numero quo significatur ad centenarium et quinquagenarium pervenit; quinquaginta enim ter ducta fiunt centum quinquaginta; quo cum addideris ipsa tria, quia insigne et eminens debet esse, quod in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti lavacro regenerationis abluitur, fiunt centum quinquaginta tria; qui numerus piscium invenitur, quia in dexteram partem missa sunt retia, et ideo magnos, id est, perfectos, et regno coelorum aptos habet; ubi jam conquiescente dispensatione, quae quadragenario numero significatur, denarius remanet, quam mercedem sancti qui operantur in vinea percepturi sunt.

sarà considerato grande nel regno dei cieli (ibid. 5, 19)¹⁸. E siccome sarà grande qui, per questo quel minimo là non ci sarà¹⁹. Per il vero, là saranno grandi a tal punto, che chi là è il più piccolo è qui di tanto più grande che nessuno è più grande²⁰. Tuttavia, qui quelli che sono grandi, cioè coloro che in questo regno dei cieli, dove la rete raccoglie buoni e cattivi, compiono il bene che insegnano, proprio loro saranno i maggiori in quella eternità del regno dei cieli; essi, che i pesci alla destra indicano come pertinenti anche alla risurrezione della vita.

Se si considera questo numero, ci si può anche imbattere nella santità della Chiesa, che è fatta da nostro Signore Gesù Cristo, poiché, dato che il numero sette riguarda la creatura – essendo che il tre è attribuito all’anima, e il quattro al corpo -, è significata l’assunzione stessa dell’uomo, e il tre sia preso sette volte, perché il Padre mandò il Figlio, e il Padre è nel Figlio, e per il dono dello Spirito santo è nato dalla vergine. Questo è il tre: il Padre, il Figlio, e lo Spirito santo. L’uomo stesso è poi assunto sette volte nell’economia temporale, perché sia reso sempiterno. Dunque la somma dei numeri fa ventuno, ossia tre sette volte. E questa assunzione dell’uomo è valsa per la liberazione della Chiesa, di cui egli è capo. E la Chiesa stessa ritroviamo nel numero sette per via dell’anima e del corpo. Sia pertanto moltiplicato ventuno parimenti sette volte a causa di quelli che vengono liberati dall’uomo Signore²², e fa in tutto 147, cui va aggiunto il numero sei, segno di perfezione, perché consta che non si possa trovare nulla di minore, nulla di più ampio delle parti che lo misurano. Lo misura certo quell’uno che hai sei volte, e il due, che si ha tre, e il tre, che si ha due, e sommati uno, e due, e tre, fanno sei. Il che forse dovrebbe pure riguardare il mistero che Dio il sesto giorno portò a termine ogni sua opera (cfr Gn 2, 2). Pertanto se sommerai il centoquarantasette col sei, che è segno di perfezione, fanno centocinquantatre: numero che ritroviamo dei pesci dopo che, su comando del Signore, le reti sono state calate dalla parte destra, dove non si trovano i peccatori, che concernono la sinistra. Dunque il Signore, trascorsi dopo la risurrezione quaranta giorni coi suoi discepoli, cioè, affidando loro ciò che aveva compiuto per noi nel tempo, ascese in cielo, e dopo altri quaranta giorni mandò lo Spirito santo, perché fossero resi spiritualmente perfetti per accogliere le [realtà] invisibili, loro che avevano creduto alle visibili e temporali, evidentemente coi dieci giorni dopo i quali mandò lo Spirito santo, indicando nel dieci quella perfezione che è conferita dallo Spirito santo. Pertanto, poiché la perfezione, che ci viene dallo Spirito santo - dato che camminiamo ancora nella carne, senza tuttavia vivere carnalmente - si accoppia all’economia temporale, correttamente si ritiene che il numero cinquanta riguardi la Chiesa, ma già disculpata e perfetta, che abbraccia nella carità la fede dell’economia temporale e la speranza della futura eternità, cioè quasi accoppia il numero quaranta al dieci. Dunque questa Chiesa, cui pertiene il numero quaranta, perché è scelta da tre generi di uomini, Giudei, pagani, e Cristiani carnali, e anche perché è imbevuta del sacramento della Trinità, perviene al numero centocinquanta da cui è rappresentata; infatti cinquanta moltiplicato per tre fa centocinquanta; e se a questo aggiungi lo stesso tre, perché deve essere insigne ed eminente, per il fatto che è lavata nel nome del Padre, e del Figlio, e dello Spirito santo nel lavacro di rigenerazione, fa centocinquantatre; che si ritrova [come] numero dei pesci, perché le reti sono calate dalla parte destra, e pertanto li ha grandi, cioè perfetti, e adatti al regno dei cieli; quando poi cessa l’economia, raffigurata dal numero quaranta, rimane il dieci, mercede che i santi che lavorano nella vigna percepiranno.

coelorum. Et quia hic magnus erit, ideo ibi erit, ubi minimus ille non erit. Usque adeo quippe ibi magni erunt, ut qui minor ibi est, maior sit eo quo hic nemo maior est.

Sed tamen hic qui magni sunt, id est, qui in regno coelorum, ubi sagena congregat bonos et malos, faciunt bona quae docent, ipsi erunt in illa regni coelorum aeternitate maiores, quos isti ad dexteram et resurrectionem vitae pertinentes indicant pisces.

Sequitur de prandio Domini cum istis septem discipulis, et de his quae post prandium locutus est, ac de ipsius Evangelii termino, ut Deus quod donaverit disseramus: sed hoc non est isto sermone coarctandum.

TRACTATUS CXXIII

Cum prandisset, dixit Simoni Petro Iesus: Simon Iohannis, diligis me plus his? (Io 21, 12-19).

Redditur negationi trinae trina confessio. Sit amoris officium pascere dominicum gregem, si fuit timoris indicium negare pastorem.

1. In eo quod tertio Dominus post resurrectionem manifestavit se discipulis suis, beati

¹⁸ Nel Vangelo di Mt i due “lì” si riferiscono ai precetti, ma il testo latino non ha pronomi e Beda usa la citazione in senso un poco più ampio a conferma di quanto sta affermando: “chi osserverà e insegnerà”, cioè, appunto, “chi osserverà ciò che insegna”.

¹⁹ “Qui” è questa vita, “là” è il regno dei cieli.

²⁰ cfr Mt 11, 11

²¹ Inizia il passo ripreso dalle Quaestiones. Per la corrispondenza testuale si veda al termine dl capitolo.

²² Si riferisce al Figlio incarnatosi.

Peracta quippe illa piscatione,
dixit eis Jesus:

*Venite, prandete. Et nemo audebat discumbentium interrogare eum, Tu quis es? scientes quia Dominus est*²³. Si ergo sciebant, quid opus erat, ut interrogarent? Si autem non opus erat, quare dictum est Non audebant, quasi opus esset, sed timore aliquo non auderent? Sensus ergo hic est: Tanta erat evidentia veritatis qua Jesus illis discipulis apparebat, ut eorum non solum negare, sed ne dubitare quidem nullus auderet, quoniam si quisquam dubitaret, utique interrogare deberet. Sic ergo dictum est: *Nemo audebat interrogare. Tu quis es?* ac si diceretur: Nemo audebat dubitare quin ipse esset.

*Et venit Jesus, et accepit panem, et dedit eis, et piscem similiter*²⁴. Ecce dictum est etiam quid pranderint; de quo prandio aliquid suave ac salubre dicemus et nos, si pascat et nos. Superius narratum est quod isti discipuli quando descenderunt in terram, *viderunt prunas positas, et piscem superpositum, et panem*.²⁵ Ubi non est intelligendum etiam panem fuisse superpositum prunis, sed tantum subaudiendum, *viderunt*: quod verbum si repetamus ex loco ubi subaudiendum est, ita totum dici potest: Viderunt prunas positas, et piscem superpositum, et panem viderunt. Vel ita potius: Viderunt prunas positas, et piscem superpositum, viderunt et panem. Jubente etiam Domino attulerunt et de piscibus quos ipsi ceperant. Quod eos fecisse, quamvis a narrante non est expressum, tamen Dominum iussisse non tacitum est; ait enim: *Afferte de piscibus quos nunc prendidistis*²⁶. Et utique jubente illo eos non fecisse quis credat? Hinc ergo fecit prandium Dominus illis septem discipulis suis, de pisce, scilicet, quem prunis superpositum viderant, huic adiungens ex illis quos ceperant. De pane quidem nihilominus eos vidisse narratum est. Piscis assus, Christus est passus: ipse et panis qui de coelo descendit. Huic concorporatur Ecclesia ad participandum beatitudinem sempiternam. Propter quod dictum est: *Afferte de piscibus quos prendidistis nunc*, ut omnes qui hanc spem gerimus, per illum septenarium numerum discipulorum, per quem potest hoc loco nostra universitas intelligi figurata, tanto sacramento nos communicare nossemus, et eidem beatitudini sociari. Hoc Domini prandium est cum discipulis suis, quo Joannes Evangelium suum, cum haberet de Christo alia multa quae diceret, magna, ut existimo, et rerum magnarum contemplatione concludit. Hic enim Ecclesia qualis in solis bonis futura est, significatur per capturam centum quinquaginta trium piscium et eis qui haec credunt, sperant, diligunt, participatio tantae beatitudinis per hoc prandium.

Hoc iam tertio, inquit, *manifestatus est Jesus discipulis suis cum resurrexisset a mortuis*²⁷. Quod non ad ipsas demonstrationes, sed ad dies referre debemus, id est, primo die cum resurrexit, et post dies octo quando discipulus Thomas vidit et credidit, et hodie quando hoc de piscibus fecit. Post quot autem dies id fecerit, dictum non est. Nam ipso primo die non semel visus est, sicut evangelistarum omnium testimonia collata demonstrant, sed, sicut dictum est, numerandae sunt manifestationes ejus, ut ista sit tertia²⁸. Prima quippe habenda est eademque una, propter unum diem quotiescumque se, et quibuscumque et die illo quo resurrexit, ostendit; secunda post dies octo; et haec tertia; et deinde quoties voluit, usque ad diem quadragesimum, quo ascendit in coelum, quamvis non scripta sint omnia.

Terminata dunque la pesca,
disse loro Gesù:

Venite a far colazione. E nessuno dei discepoli osava domandargli: Chi sei? sapendo che era il Signore. Se lo sapevano, che bisogno c'era di domandarglielo? E se non c'era bisogno, perché viene detto: Non osavano, come se ne avessero bisogno, ma non osassero per un qualche timore? Quindi il senso è questo: Tanta era l'evidenza della verità nella quale Gesù si manifestava a quei discepoli, che nessuno di loro osava, non solo negarla, ma neppure metterla in dubbio; perché se qualcuno avesse avuto dubbi, avrebbe dovuto fargli delle domande. Per questo viene detto: *nessuno osava domandargli: Chi sei?* come se si dicesse: Nessuno osava dubitare che fosse lui.

Gesù si avvicina, prende il pane, lo porge ad essi, e così il pesce. Ecco che viene detto con cosa pranzavano; pranzo di cui anche noi diremo qualcosa di soave e salutare, se darà da mangiare anche a noi. Più sopra si narra che questi discepoli, quando scesero a terra, *videro della brace con del pesce sopra, e del pane*. Laddove non si deve pensare che anche il pane stesse sopra la brace, ma va semplicemente sottinteso: *videro*; verbo che se ripetiamo dov'è sottinteso, l'intera frase suona così: Videro della brace preparata con del pesce sopra, e videro del pane; o meglio: Videro preparata della brace, e sopra del pesce, e videro anche del pane. Su invito del Signore, portarono anche dei pesci che essi avevano preso. E quantunque chi narra non dica che essi lo abbiano fatto, tuttavia non viene taciuto che il Signore dette loro quest'ordine; Infatti disse: *Portate qua di quei pesci che avete preso adesso*. Chi può certo pensare che i discepoli non abbiano obbedito al suo ordine? Per cui il Signore preparò ai suoi sette discepoli la colazione, col pesce, certo, che essi avevano visto sulla brace, cui ne aggiunse di quelli che essi avevano preso. Col pane, nondimeno, che, come viene narrato, essi avevano visto. Il pesce arrostito è il Cristo sacrificato; egli è anche il pane che discende dal cielo³⁶. A lui viene incorporata la Chiesa per partecipare alla beatitudine sempiterna. È per questo che viene detto: *Portate qua di quei pesci che avete preso adesso*, affinché quanti nutriamo questa speranza, per mezzo del numero sette dei discepoli, in cui, in questo passo, possiamo essere ravvisati tutti noi, prendessimo coscienza di essere in comunione con così grande sacramento e di essere partecipi della medesima beatitudine. È questa colazione del Signore con i suoi discepoli con cui Giovanni, sebbene avesse da dire molte altre cose di Cristo, conclude il suo Vangelo, in una contemplazione grande, come ritengo, e su grandi realtà. Qui infatti la Chiesa, quale si manifesterà [formata] di soli buoni, è adombrata nella pesca dei centocinquantatré pesci; e, per quanti credono, sperano e amano ciò, la partecipazione a così grande beatitudine lo è in questa colazione.

Questa era la terza volta che Gesù si manifestava ai suoi discepoli, dopo la sua risurrezione dai morti. Questo [tre] non si deve riferire a queste apparizioni, quanto ai giorni; vale a dire: il primo giorno in cui risuscitò; e otto giorni dopo, quando il discepolo Tommaso vide e credette; e oggi, quando operò questo [miracolo] dei pesci. Tuttavia, dopo quanti giorni abbia operato ciò, non è detto. Infatti nello stesso primo giorno non si manifestò una sola volta, come mostrano le testimonianze di tutti gli evangelisti comparate; ma, come si è detto, vanno contate le sue apparizioni perché questa sia la terza. Come prima apparizione dobbiamo considerare, come unica e medesima per via dell'unico giorno, tutte le volte che mostrò sé e a quanti si mostrò nel giorno in cui risorse; la seconda otto giorni dopo; e questa è la terza. Successivamente tutte le volte che volle, sino al quarantesimo giorno, nel quale ascese al cielo, anche se non sono state registrate tutte.

Ioannis apostoli Evangelium terminatur: in quo iam pertractavimus, ut valuimus, partem priorem, usque ad eum locum ubi narratum est captos fuisse pisces centum quinquaginta tres a discipulis quibus se demonstravit, et cum magni essent, retia non esse disrupta. Deinde quae sequuntur consideranda sunt, et quantum adiuvat Dominus, sicut res postulare videbitur, disserenda.

Peracta quippe illa piscatione:

Dicit eis Jesus:

Venite, prandete. Et nemo audebat discumbentium interrogare eum: Tu quis es? scientes quia Dominus est. Si ergo sciebant, quid opus erat ut interrogarent? si autem non opus erat, quare dictum est, *non audebant*; quasi opus esset, sed timore aliquo non auderent? Sensus ergo hic est: tanta erat evidentia veritatis, qua Jesus illis discipulis apparebat, ut eorum non solum negare, sed nec dubitare quidem ullus auderet; quoniam si quisquam dubitaret, utique interrogare deberet. Sic ergo dictum est: *Nemo audebat eum interrogare. Tu quis es?* ac si diceretur: Nemo audebat dubitare quod ipse esset.

Piscis assus, Christus est passus.

2. Et venit Iesus, et accipit panem, et dat eis, et piscem similiter. Ecce dictum est etiam quid pranderent: de quo prandio aliquid suave ac salubre dicemus et nos, si pascat et nos. Superius narratum est quod isti discipuli, quando descenderunt in terram, *viderunt prunas positas, et piscem superpositum, et panem*. Ubi non est intellegendum etiam superpositum panem fuisse prunis, sed tantum subaudiendum: Viderunt. Quod verbum si repetamus eo loco ubi subaudiendum est, ita totum dici potest: Viderunt prunas positas, et piscem superpositum, et panem viderunt. Vel ita potius: Viderunt prunas positas, et piscem superpositum, viderunt et panem. Iubente etiam Domino attulerunt et de piscibus quos ipsi ceperant; quod eos fecisse quamvis a narrante non esset expressum, tamen Dominum iussisse non tacitum est. Ait enim: *Afferte de piscibus quos apprehendistis nunc*. Et utique iubente illo eos non fecisse quis credat? Hinc ergo fecit prandium Dominus illis septem discipulis suis, de pisce scilicet quem prunis superpositum viderant, huic adiungens ex illis quos ceperant, et de pane quem nihilominus eos vidisse narratum est. Piscis assus, Christus est passus.

Ipse est et panis qui de coelo descendit. Huic incorporatur Ecclesia ad participandam beatitudinem sempiternam. Propter quod dictum est: *Afferte de piscibus quos apprehendistis nunc*; ut omnes qui hanc spem gerimus, per illum septenarium numerum discipulorum, per quem potest hoc loco nostra universitas intellegi figurata, tanto Sacramento nos communicare nossemus, et eidem beatitudini sociari. Hoc Domini prandium est cum discipulis suis, ad quod Ioannes Evangelium suum, cum haberet de Christo alia multa quae diceret, magna, ut existimo, et rerum magnarum contemplatione concludit.

Hic enim Ecclesia qualis in solis bonis futura est, significatur per capturam centum quinquaginta trium piscium; et eis qui haec credunt, sperant, diligunt, participatio tantae beatitudinis per hoc prandium **demonstratur**.

3. Hoc iam tertio, inquit, *manifestatus est Iesus discipulis suis, cum resurrexisset a mortuis*. Quod non ad ipsas demonstrationes, sed ad dies referre debemus (id est primo die, cum surrexit; et post dies octo, quando discipulus Thomas vidit et credidit, et hodie quando hoc de piscibus fecit; post quot autem dies id fecerit, dictum non est): nam ipso primo die non semel visus est, sicut Evangelistarum omnium testimonia collata demonstrant: sed, sicut dictum est, **secundum dies** numerandae sunt manifestationes eius, ut ista sit tertia; prima quippe habenda sit, eademque una propter unum diem, quotiescumque se et quibuscumque, die illo quo resurrexit, ostendit; secunda post dies octo, et haec tertia, et deinde quoties voluit usque ad diem quadragesimum, quo ascendit in coelum, quamvis non scripta sint omnia.

Hunc invenit exitum ille negator et amator.

²³ Gv 21, 12. La citazione può comprendere anche: “Dicit eis Jesus:”.

²⁴ Gv 21, 13

²⁵ Gv 21, 9

²⁶ Gv 21, 10

²⁷ Gv 21, 14

²⁸ Qui Agostino ha “secundum dies”, omissa da Beda, che mi sembrerebbe opportuno per chiarire l'assunto.

³⁶ cfr Gv 6, 41

Cum ergo prandisset, dicit Simoni Petro: Simon Joannis, diligis me plus his? etc.

Hunc invenit exitum ille negator, et amator praesumendo elatus, negando prostratus, flendo purgatus, confitendo probatus, patiendo coronatus. Hunc invenit exitum, ut pro ejus nomine perfecta dilectione moreretur, cum quo se moriturum perversa festinatione promiserat.

Faciet ejus resurrectione firmatus, quod immature pollicebatur infirmus. Hoc enim oportebat, ut prius Christus pro Petri salute, deinde Petrus pro Christi praedicatione moreretur. Praeposterum fuit quod audere coeperat humana temeritas, cum istum disposuisset ordinem veritas. Animam suam positurum se pro Christo Petrus putabat, pro liberatore liberandus, cum Christus venisset animam suam positurus pro suis omnibus, in quibus erat et Petrus, quod ecce iam factum est. Nunc iam firmitas cordis ad suscipiendam mortem pro nomine Domini vera ipso donante sumatur, non falsa nobis errantibus praesumatur. Nunc est ut vitae hujus non metuamus interitum, quia, resurgente Domino, vitae alterius praecessit exemplum. Nunc est, Petre, ut mortem non timeas: vivit quem mortuum dolebas; et quem pro nobis mori carnali amore prohibeas, ausus es praevenire ductorem, formidasti ejus persecutorem. Jam pretio pro te fuso, nunc est ut sequaris emptorem (*Matth. XVI*),

et sequaris omnino **utque**²⁹ ad mortem crucis. Verba ejus audisti, quem iam veracem probasti. Passurum te ipse praedixit, qui te praedixerat negaturum. Sed prius Dominus quod sciebat interrogat, nec semel, sed iterum ac tertio, utrum Petrus eum diligit; nec aliud toties audit a Petro, quam se diligi; nec aliud toties commendat Petro, quam suas oves pasci. Redditur negationi trinae trina confessio ne minus amori lingua serviat, quam timori, et plus vocis elicuisse videatur mors imminens quam vita praesens. **S**ic amoris officium, pascere dominicum gregem, si fuit timoris indicium negare pastorem. Qui hoc animo pascunt oves Christi, ut suas velint esse, non Christi, se convincuntur amare, non Christum, vel gloriandi, vel dominandi, vel acquirendi cupiditate, non obediendi et subveniendi et Deo placendi charitate. Contra hoc³⁰ ergo vigilat toties inculcata ista vox Christi, quos Apostolus gemit sua quaerere, non quae Jesu Christi (*Philipp. II*).

Nunquid est aliud *Diligis me? pasce oves meas*, quam si diceretur: Si me diligis, non te, pascere te, cogita oves meas; et sicut meas pasce, non sicut tuas; gloriam meam in eis quaere, non tuam; Dominum meum, non tuum; lucra mea, non tua; ne sis in eorum societate qui pertinent ad tempora periculosa, seipsos amantes, et caetera quae huic malorum initio connectuntur (*II Tim. III*).

Quand'ebbero fatto colazione, Gesù dice a Simon Pietro: Simone di Giovanni, mi ami più di questi? ecc.

Trovò questa fine lui che lo aveva rinnegato, e lo amava innalzatosi nella presunzione, umiliatosi nel rinnegamento, purificato nel pianto, provato nella confessione, coronato nella passione. Trovò questa fine, di morire con perfetto amore per il nome di lui, insieme al quale, con disordinata impazienza, aveva promesso di morire. Rinfrancato dalla risurrezione di lui, avrebbe fatto quanto nella debolezza³⁷ aveva prematuramente promesso. Questo infatti era necessario: che prima Cristo morisse per la salvezza di Pietro, e poi Pietro [morisse] per la predicazione di Cristo. Intempestivo fu quanto aveva cominciato ad osare l'umana presunzione, dato che la stessa verità aveva stabilito questo ordine. Pietro reputava di dare la sua vita per Cristo³⁸: colui che doveva essere liberato per il liberatore, mentre Cristo era venuto per dare la sua vita per tutti i suoi, tra i quali era anche Pietro; ed ecco che ormai è avvenuto. Adesso ormai assumiamo la vera fermezza d'animo, che egli stesso dona, per accettare la morte per il nome del Signore, non presumiamo³⁹ la falsa, noi che erriamo. Ora è [il tempo] di non temere più la perdita di questa vita, perché, con la risurrezione del Signore, ci è stata offerta la prova dell'altra vita. Ora è [il momento], Pietro, che tu non tema la morte: è vivo colui che piangevi morto; e al quale, nel tuo amore terreno, proibivi di morire per noi⁴⁰; tu hai preteso di precedere il condottiero, hai temuto il suo persecutore. Ormai il prezzo per te è pagato, adesso è [il momento] che tu segua il redentore (cfr. Mt 16, 24ss), e lo segua senza riserve, e fino alla morte di croce. Hai udito le parole di colui che ormai hai provato verace. Ti ha predetto sofferente, lui che predisse lo avresti negato.

Ma prima il Signore domanda ciò che già sapeva; e nemmeno una sola volta, ma una seconda e una terza: se Pietro gli vuol bene; e altrettante volte niente altro sente da Pietro, se non di essere amato; e altrettante volte niente altro affida a Pietro che pascere le sue pecore. Così alla triplice negazione corrisponde la triplice confessione, in modo che la lingua non serva all'amore meno che al timore, e che non sembrasse che la morte imminente gli avesse fatto uscire più voce che non la vita presente. Dunque [è] impegno di amore pascere il gregge del Signore, se fu indice di timore negare il pastore. Coloro che pascono le pecore di Cristo con con questo animo, come volessero fossero proprie, non di Cristo, dimostrano di amare se stessi, non Cristo, per la cupidigia di gloria, o di potere, o di guadagno, non per amore dell'obbedienza, dell'aiuto e di piacere a Dio. Dunque questa voce di Cristo, tante volte inculcata, vigila contro costoro, di cui l'Apostolo si duole che cerchino i propri interessi e non quelli di Gesù Cristo (cfr. Fil 2, 21). Che altro è: *Mi ami tu? Pasci le mie pecore*, se non dire: Se mi ami, non pascere te stesso, pensa alle mie pecore; e pascile come mie, non come tue; cerca in esse la mia gloria, non la tua; il mio Signore, non il tuo; il mio guadagno e non il tuo; se non vuoi essere del gruppo di coloro che appartengono ai *tempi difficili, amanti di se stessi*, con tutto quel che deriva da questa sorgente d'ogni male (2Tm 3, 1. 2; cfr 3, 1-5).

4. Cum ergo prandissent, dicit Simoni Petro: Simon Ioannis, diligis me plus his?

Dicit ei: Etiam Domine, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei iterum: Simon Ioannis, diligis me? Ait illi: Etiam, Domine, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei tertio: Simon Ioannis, amas me? Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertio: Amas me; et dicit ei: Domine, tu omnia scis, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce oves meas. Amen, amen dico tibi; cum esses iunior, cingebas te, et ambulabas ubi volebas: cum autem senueris, extends manus tuas, et alius te cinget, et ducet quo tu non vis. Hoc autem dixit, significans qua morte clarificaturus esset Deum.

Hunc invenit exitum ille negator, et amator; praesumendo elatus, negando prostratus, flendo purgatus, confitendo probatus, patiendo coronatus: hunc invenit exitum, ut pro eius nomine perfecta dilectione moreretur, cum quo se moriturum perversa festinatione promiserat.

Faciat ejus resurrectione firmatus, quod immature pollicebatur infirmus. Hoc enim oportebat, ut prius Christus pro Petri salute, deinde Petrus pro Christi praedicatione moreretur. Praeposterum fuit quod audere coeperat humana temeritas, cum istum disposuisset ordinem veritas. Animam suam se positurum pro Christo Petrus putabat, pro liberatore liberandus; cum Christus venisset animam suam positurus pro suis omnibus, in quibus erat et Petrus; quod ecce iam factum est. Nunc iam firmitas cordis ad suscipiendam mortem pro nomine Domini vera ipso donante sumatur, non falsa nobis errantibus praesumatur. Nunc est ut vitae huius non metuamus interitum; quia resurgente Domino vitae alterius praecessit exemplum. Nunc est, Petre, ut mortem non timeas; quia vivit quem mortuum dolebas, et quem pro nobis mori carnali amore prohibeas. Ausus es praevenire ductorem, formidasti ejus persecutorem: iam pretio pro te fuso, nunc est ut sequaris emptorem,

et sequaris omnino **usque** ad mortem crucis. Verba ejus audisti, quem iam veracem probasti; passurum te ipse praedixit, qui te praedixerat negaturum. **5.** Sed prius Dominus quod sciebat interrogat, nec semel, sed iterum ac tertio, utrum Petrus eum diligit; nec aliud toties audit a Petro, quam se diligi; nec aliud toties commendat Petro, quam suas oves pasci.

Redditur negationi trinae trina confessio, ne minus amori lingua serviat quam timori, et plus vocis elicuisse videatur mors imminens, quam vita praesens. **S**it amoris officium, pascere dominicum gregem; si fuit timoris indicium, negare pastorem. Qui hoc animo pascunt oves Christi, ut suas velint esse non Christi, se convincuntur amare, non Christum; vel gloriandi, vel dominandi, vel acquirendi cupiditate, non obediendi et subveniendi et Deo placendi caritate. Contra **hos** ergo vigilat toties inculcata ista vox Christi, quos Apostolus gemit sua quaerere, non quae Jesu Christi.

Nam quid est aliud: *Diligis me? pasce oves meas*, quam si diceretur: Si me diligis, non te pascere cogita: **sed** oves meas, sicut meas pasce, non sicut tuas; gloriam meam in eis quaere, non tuam; dominium meum, non tuum; lucra mea, non tua; ne sis in eorum societate qui pertinent ad tempora periculosa, seipsos amantes, et caetera quae huic malorum initio connectuntur?

Cum enim dixisset Apostolus: *Erunt enim homines seipsos amantes; secutus adiunxit: Amatores pecuniae, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obediens, ingrati, scelesti, irreligiosi, sine affectione, detractores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, procaces, caecati, voluptatum amatores magis quam Dei; habentes speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes*. Haec omnia mala ab eo velut fonte manant, quod primum posuit, *seipsos amantes*. Merito dicitur Petro: *Diligis me?* et respondet: *Amo te*; eique refertur: *Pasce agnos meos*: et hoc iterum, hoc tertio. Ubi etiam demonstratur unum atque idem esse amorem et dilectionem: nam etiam Dominus novissime non ait: *Diligis me*; sed: *Amas me?* Non ergo nos, sed ipsum

²⁹ Ritengo ragionevole emendare in “usque”, come il testo agostiniano.

³⁰ Ritengo indispensabile emendare in “hos”, come il testo agostiniano.

³⁷ Qui Beda (con Agostino) gioca con la contrapposizione “firmatus / infirmus”. In italiano non sono riuscito a trovare un binomio adeguato per riproporre il gioco.

³⁸ cfr Gv 13, 37

³⁹ Ho ritenuto di poter così mantenere il gioco verbale “sumo / prae-sumo”, dove quest'ultimo ha sia il valore di “presunzione” che di “prendere a preferenza / preferire”. “Errantibus” lo lascio indefinito nel significato per consentire a chi legge di scegliere tra “errore” ed “errare”.

⁴⁰ cfr Mt 16, 21-22

Quod vitium maxime cavendum est eis qui pascunt oves Christi, ne sua quaerant, non quae Jesu Christi, et in usus cupiditatum suarum conferant, pro quibus sanguis fusus est Christi.

Cujus amor in eo qui pascit oves ejus, in tam magnum debet spiritualem crescere ardorem, ut vincat etiam mortis naturalem timorem, quo mori nolumus, et quando cum Christo vivere volumus. Nam et apostolus Paulus dicit se habere concupiscentiam dissolvi et esse cum Christo³¹: ingemiscit tamen gravatus, et non vult spoliari, sed supervestiri, ut absorbeatur mortale a vita (*Philip. I*)³². Et huic Dominus dilectori suo.

Cum senueris, inquit, *extendes manus tuas, et alius te cinget, et ducet quo non vis. Hoc enim dixit ei, significans qua morte clarificaturus erat Deum*³³. *Extendes*, inquit, *manus tuas*, hoc est crucifigeris. Ad hoc autem ut venias, *alius te cinget, et ducet* non quo vis, sed *quo non vis*. Prius dixit quod fieret, et deinde quomodo fieret. Non enim crucifixus, sed utique crucifigendus, quo nollet est ductus. Nam crucifixus, non quo nolebat abiit, sed potius quo volebat. Solutus quippe a corpore, volebat esse cum Christo; sed, si fieri posset, praeter mortis molestiam, vitam concupiscebat aeternam: ad quam molestiam nolens ductus est, sed ab ea volens eductus est.

Nolens ad eam venit, sed volens eam vicit, et reliquit hunc infirmitatis affectum, quo nemo vult mori, usque adeo naturalem, ut cum beato Petro nec senectus auferre potuerit, cui dictum est: *Cum senueris, duceres quo non vis. Quem quidem affectum* propter nos consolandos etiam in se transfiguravit ipse Salvator dicens: *Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste* (*Matth. XXVI*); qui utique mori venerat, et habebat mortis necessitatem, sed *voluntaria* potestate positurus animam suam, et rursus eadem potestate sumpturus³⁴. Sed molestia quantacunque sit mortis, debet eam vincere vis amoris, quo amatur ille qui, cum sit vita nostra, etiam mortem voluit perferre pro nobis.

Nam si nulla esset mortis vel parva molestia, non esset tam magna gloria martyrum. Sed si pastor bonus qui posuit animam suam pro ovibus suis³⁵, ex ipsis ovibus tam multos martyres fecit, quanto magis debent usque ad mortem pro veritate certare, et usque ad sanguinem adversus peccatum, quibus oves ipsas pascendas, hoc est, docendas regendasque, committit? Ac per hoc praecedente passionis ejus exemplo, quis non videat magis debere imitando pastori haerere pastores, si eum multae etiam imitatae sunt oves? sub quo pastore uno, in grege uno, et pastores ipsi sunt oves.

Questo è il vizio da cui più d'ogni altro si debbono guardare coloro che pascono le pecore di Cristo: non cerchino i propri interessi, invece di quelli di Gesù Cristo, e non asservano ad uso delle proprie cupidigie coloro per i quali fu versato il sangue di Cristo. L'amore per Lui, in colui che pasce le sue pecore, deve crescere in tanto grande ardore spirituale da vincere anche il naturale timore della morte, a causa del quale non vogliamo morire, anche quando vogliamo vivere con Cristo. Infatti anche l'apostolo Paolo dice che brama *essere dissolto per essere con Cristo*. Egli *geme come sotto un peso, ma non vuol essere spogliato, ma rivestito, affinché ciò che è mortale sia assorbito dalla vita* (2Cor 5, 4). E il Signore a quello che lo amava:

quando sarai vecchio, disse, *tenderai le tue mani, e un altro ti vestirà e ti porterà dove tu non vuoi. Questo [infatti gli] disse per indicare con la quale morte egli avrebbe glorificato Dio. Stenderai*, dice, *le tue mani*, cioè sarai crocifisso. Ma per giungervi *un altro ti vestirà e ti porterà* non dove vuoi, *ma dove tu non vuoi*. Prima dice ciò che accadrà, poi in che modo accadrà. Non infatti da crocifisso, ma quando lo portano alla croce è condotto dove non vorrebbe. Infatti, da crocifisso, non andò a finire dove non voleva, ma piuttosto dove voleva. Senza dubbio sciolto dal corpo, voleva essere con Cristo; ma, se fosse stato possibile, dediderava la vita eterna senza la molestia della morte; molestia cui è condotto contro il suo volere, ma per suo volere ne è condotto fuori. Contro il suo volere venne ad essa, per suo volere la vinse, e abbandonò questa condizione di debolezza, per cui nessuno vuole morire; talmente naturale che neppure la vecchiaia potè liberarne Pietro, cui viene detto: *Quando sarai vecchio, verrai portato dove tu non vuoi*. E proprio questa condizione, per nostra consolazione il Salvatore stesso volle provare anche in sé, dicendo: *Padre, se è possibile passi da me questo calice* (Mt 26, 39); lui che era venuto proprio per morire, e aveva necessità della morte, ma per volontario atto di potestà avrebbe dato la sua vita, e con la stessa potestà l'avrebbe ripresa di nuovo. Ma per quanto grande sia l'orrore per la morte, deve essere vinto dalla forza di quell'amore col quale è amato colui che, essendo la nostra vita, ha voluto sopportare per noi anche la morte. Del resto, se l'orrore della morte fosse un nulla o poca cosa, la gloria dei martiri non sarebbe tanto grande. Ma se il buon pastore, che offrì la sua vita per le sue pecore, ha potuto suscitare tanti martiri dalle pecore stesse, quanto più devono lottare per la verità fino alla morte, e fino a versare il sangue contro il peccato, coloro ai quali affidò queste pecore da pascere, cioè da formare e da guidare? E, di fronte al sovremenente esempio della sua passione, chi non vede che i pastori debbono stringersi maggiormente al pastore da imitare, se anche tante pecore lo hanno imitato? sotto quest'unico pastore, in un solo gregge, anche i pastori stessi

amemus; et in pascendis ovibus eius ea quae sunt eius, non ea quae sunt nostra quaeramus. Nescio quo enim inexplicabili modo, quisquis seipsum, non Deum amat, non se amat; et quisquis Deum, non seipsum amat, ipse se amat. Qui enim non potest vivere de se, moritur utique amando se: non ergo se amat, qui ne vivat se amat. Cum vero ille diligitur de quo vivitur, non se diligendo magis diligit, qui propterea non se diligit, ut eum diligit de quo vivit. Non sint ergo *seipsum amantes* qui pascunt oves Christi, ne tamquam suas, sed tamquam ipsius eas pascant; et velint ex illis sua lucra conquirere, sicut *amatores pecuniae*; vel eis dominari, sicut *elati*; vel gloriari de honoribus quos ab eis sumunt, sicut *superbi*; vel in tantum progredi ut etiam haereses faciant, sicut *blasphemi*: nec cedant sanctis patribus, sicut *parentibus non obedientes*; et eis qui illos corrigere volunt quia perire nolunt, mala pro bonis reddant, sicut *ingrati*: interficiant animas et suas et alienas, sicut *scelesti*; materna Ecclesiae viscera dissipent, sicut *irreligiosi*; non compatiantur infirmis, sicut *sine affectione*; famam sanctorum maculare conentur, sicut *detractores*; cupiditates pessimas non refrenent, sicut *incontinentes*; exerceant lites, sicut *immites*; nesciant subvenire, sicut *sine benignitate*; indicent inimicis piorum quae occultanda cognoverint, sicut *proditores*; humanam verecundiam inverecunda exagitatione perturbent, sicut *procaces*; non intellegant neque quae loquuntur, neque de quibus affirmant, sicut *caecati*; laetitia carnalis spiritalibus gaudiis anteponan, sic ut *voluptatum amatores magis quam Dei*. Haec enim atque huiusmodi vitia, sive uni homini accidant omnia, sive his alia, illis alia dominantur, ex illa radice quodammodo pullulant, cum sunt homines *seipsum amantes*.

Quod vitium maxime cavendum est eis qui pascunt oves Christi, ne sua quaerant, non quae Iesu Christi; et in usus cupiditatum suarum conferant, pro quibus sanguis fusus est Christi.

Cuius amor in eo qui pascit oves eius, in tam magnum debet spiritualem crescere ardorem, ut vincat etiam mortis naturalem timorem, quo mori nolumus, et quando cum Christo vivere volumus. Nam et apostolus Paulus dicit se habere concupiscentiam *dissolvi et esse cum Christo*: ingemiscit tamen gravatus, et non vult exspoliari, sed supervestiri, ut absorbeatur mortale a vita. Et huic Dominus dilectori suo:

Cum senueris, inquit, *extendes manus tuas, et alius te cinget, et ducet quo tu non vis. Hoc enim ei dixit, significans qua morte clarificaturus erat Deum. Extendes*, inquit, *manus tuas*, hoc est crucifigeris. Ad hoc autem ut venias, *alius te cinget, et ducet*, non quo vis, sed *quo non vis*. Prius dixit quod fieret, et deinde quomodo fieret. Non enim crucifixus, sed utique crucifigendus quo nollet est ductus: nam crucifixus non quo nolebat abiit, sed potius quo volebat. Solutus quippe a corpore volebat esse cum Christo, sed si fieri posset, praeter mortis molestiam vitam concupiscebat aeternam: ad quam molestiam nolens ductus est, sed ab ea volens eductus est: nolens ad eam venit, sed volens eam vicit; et reliquit hunc infirmitatis affectum quo nemo vult mori, usque adeo naturalem, ut eum beato Petro nec senectus auferre potuerit, cui dictum est: *Cum senueris, duceres quo non vis*. Propter nos consolandos hunc etiam in se transfiguravit ipse Salvator, dicens: *Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste*:

qui utique mori venerat, nec habebat mortis necessitatem, sed *voluntatem*, potestate positurus animam suam, et rursus eam potestate sumpturus. Sed molestia quantacunque sit mortis, debet eam vincere vis amoris, quo amatur ille qui cum sit vita nostra, etiam mortem voluit perferre pro nobis. Nam si nulla esset mortis vel parva molestia, non esset tam magna martyrum gloria. Sed si pastor bonus qui posuit animam suam pro ovibus suis, ex ipsis ovibus tam multos sibi martyres fecit; quanto magis debent usque ad mortem pro veritate certare, et usque ad sanguinem adversus peccatum, quibus oves ipsas pascendas, hoc est, docendas regendasque committit? Ac per hoc praecedente passionis eius exemplo, quis non videat magis debere imitando pastori haerere pastores, si eum multae etiam imitatae sunt oves, sub quo pastore uno in grege uno, et pastores ipsi sunt oves?

³¹ cfr Fil 1, 23.

³² cfr 2Cor 5, 4

³³ Gv 21, 18-19

³⁴ cfr Gv 10, 17-18

³⁵ cfr Gv 10, 18 11

Omnes quippe fecit suas oves, pro quibus est omnibus passus, quia et ipse ut pro nobis pateretur ovis est factus.

Cum ergo praenuntiasset Dominus Petro qua morte clarificaturus esset Deum, dicit ei: *Sequere me, etc.*,

usque *Sed si eum volo manere donec veniam, quid ad te?*⁴¹

Cur enim dicitur Petro *Sequere me*, nec dicitur caeteris qui simul aderant, et profecto eum sicut magistrum discipuli sequebantur? Et si ad passionem intelligendum est, nunquid solus pro Christiana veritate passus est Petrus? nonne ibi erat in illis septem alius filius Zebedei, frater Joannis, qui post ejus ascensionem ab Herode manifestatur occisus? Verum aliquid⁴² dixerit, quoniam non est Jacobus crucifixus, merito dictum esse Petro *sequere me*, qui non solum mortem, sed etiam mortem crucis, sicut Christus, expertus est. **S**i hoc et nihil aliud quod sit convenientius potuerit inveniri, cur ergo de Joanne dictum est: *Si eum volo manere donec veniam, quid ad te?* et repetitum est, *Tu me sequere*⁴³, tanquam ille ideo non sequeretur, quoniam eum manere voluit donec veniat? Quis facile aliud dictum esse credat, quam quod fratres crediderunt, qui tunc erant, quod scilicet non esset discipulus ille moriturus, sed donec Jesus veniret, iste maneret in vita? Sed hanc opinionem Joannes ipse abstulit, non hoc dixisse Dominum aperta contradictione declarans. Cur enim subjungeret:

*Non dixit Jesus, non moritur*⁴⁴, nisi ne hominum cordibus quod falsum fuerat inhaereret?

Sed cui placet, adhuc resistat, et dicat verum esse quod ait Joannes, non dixisse Dominum quod discipulus ille non moritur, sed hoc tamen significatum esse talibus verbis, qualia eum dixisse narravit; et asserat Joannem apostolum vivere, atque in illo sepulcro ejus quod est apud Ephesum, dormire potius eum, quam mortuum jacere contendat, assumatque in argumentum quod illic terra sensim scatere et quasi ebullire perhibetur, atque hoc ejus anhelitu fieri, sive constanter, sive pertinaciter, asseveret. Non enim possunt deesse qui credant, si non desunt qui etiam Moysen asserant vivere, quia scriptum est, ejus sepulcrum non inveniri (*Gen.*⁴⁵ XXXIV), et apparuit cum Domino in monte ubi et Elias fuit (*Matth.* XVII), quem mortuum legimus non esse, sed raptum (*IV Reg.* II).

Quasi Moysi corpus non potuerit alicubi sic abscondi; ut prorsus homines lateret ubi esset, atque inde ad horam divinitus excitari, quando cum Christo Elias et ipse sunt visi, sicut ad horam *multa*⁴⁶ *sanctorum corpora surrexerunt* quando passus est Christus, *et post ejus resurrectionem apparuerunt multis*

sono pecore. Egli ha fatto sue pecore tutti coloro per i quali ha patito, perché egli stesso, al fine di patire per noi, si è fatto pecora.

Dopo aver dunque predetto a Pietro con qual genere di morte avrebbe glorificato Dio, il Signore gli dice: *Seguimi, ecc.*,

fino a *ma: se voglio che egli rimanga finché io venga, a te che importa?*

Perché dunque viene detto a Pietro: *Seguimi*, e non è detto agli altri discepoli che erano presenti in quel mentre, e che di certo lo seguivano come maestro? E se si dovesse intendere [seguimi] nella passione, forse che fu soltanto Pietro a patire per la verità cristiana? Non c'era forse tra quei sette l'altro figlio di Zebedeo, fratello di Giovanni, notoriamente ucciso da Erode dopo l'ascensione del Signore? Dice qualcosa di vero, poiché Giacomo non fu crocifisso, e giustamente a Pietro fu detto: *seguimi*, in quanto non solo ha provato la morte, ma anche la morte di croce, come Cristo. Se si è potuto reperire ciò è nessun'altra spiegazione più conveniente perché, allora, di Giovanni si dice: *Se voglio che egli rimanga finché io venga, a te che importa?* e si ripete: *Tu seguimi*, quasi non volesse che anche quello lo seguisse, in quanto voleva che egli restasse fino al suo ritorno? Chi potrebbe agevolmente credere che sia stato detto altro, rispetto a quanto credettero i fratelli allora presenti, che cioè quel discepolo non sarebbe morto, ma sarebbe rimasto in vita fino al ritorno di Gesù? Tuttavia, lo stesso Giovanni rifiuta questa opinione, dichiarando in aperta contraddizione che il Signore non aveva detto ciò. Perché infatti avrebbe soggiunto:

Gesù non aveva detto che non sarebbe morto, se non per evitare che nel cuore degli uomini attecchisse una falsa interpretazione?

Ma colui a cui piace, insista ancora, e dica che è vero quanto dice Giovanni: che il Signore non aveva detto che quel discepolo non sarebbe morto, ma che, tuttavia, è il senso di quelle parole, che narra egli abbia detto; e affermi che l'apostolo Giovanni vive, e sostenga che nella sua tomba, che si trova ad Efeso, egli giace addormentato, più che non morto; e adduca come prova che in quel luogo la terra si solleva insensibilmente, e sembra quasi ribollire, e sostenga con costanza e ostinazione che ciò è dovuto al suo respiro. Non può infatti mancare chi lo creda, dato che non manca chi sostiene che anche Mosè vive, in quanto sta scritto che non si è trovato il suo sepulcro (cfr Dt 34, 6), e che apparve col Signore sul monte dove fu anche Elia (cfr Mt 17, 3), del quale leggiamo che non morì ma fu rapito [in cielo] (cfr 2Re 2, 11). Come se il corpo di Mosè non avesse potuto esser nascosto in qualche luogo, così da essere perfettamente nascosto agli uomini dove sia, e venir poi divinamente suscitato in un dato momento, quando lui ed Elia sono visti con Cristo; così come in una determinata ora *molti corpi di santi risuscitarono* al momento della passione di Cristo *e dopo la*

Omnes quippe fecit suas oves, pro quibus est omnibus passus; quia et ipse ut pro omnibus pateretur, ovis est factus.

TRACTATUS CXXIV

Sic eum volo manere donec veniam: quid ad te? Tu me sequere (Io 21, 19-25).

Duas vitas sibi divinitus praedicatas et commendatas novit Ecclesia, quarum est una in fide, altera in specie; una in tempore peregrinationis, altera in aeternitate mansionis; una in via, altera in patria. Una significata est per apostolum Petrum, altera per Iohannem.

1. Non parva quaestio est, cur apostolo Petro, quando se tertio manifestavit discipulis, dixerit Dominus: *Sequere me*; de apostolo autem Ioanne: *Sic eum volo manere donec veniam; quid ad te?* Huic quaestioni, quantum Dominus ipse donaverit, sive pertractandae, sive solvendae sermonem novissimum huius operis impendimus.

Cum ergo praenuntiasset Dominus Petro, qua morte clarificaturus esset Deum, *dicit ei: Sequere me.*

Conversus Petrus vidit illum discipulum quem diligebat Iesus, sequentem: qui et recubuit in coena super pectus eius, et dixit: Domine, quis est qui tradet te? Hunc ergo cum vidisset Petrus, dicit Iesu: Domine, hic autem quid? Dicit ei Iesus: Sic eum volo manere donec veniam; quid ad te? Tu me sequere. Exiit ergo sermo iste inter fratres, quia discipulus ille non moritur. Et non dixit ei Iesus: Non moritur;

sed: Sic eum volo manere donec veniam; quid ad te?

Ecce quousque in hoc Evangelio extenditur quaestio, quae sua profunditate non mediocriter mentem scrutantis exercet.

Cur enim dicitur Petro: *Sequere me*, nec dicitur caeteris qui simul aderant? Et profecto eum sicut magistrum discipuli sequebantur. Sed si ad passionem intellegendum est, numquid solus pro christiana veritate passus est Petrus?

Nonne ibi erat in illis septem alius filius Zebedaei frater Ioannis, qui post eius ascensionem, ab Herode manifestatur occisus? Verum aliquis dixerit, quoniam Iacobus non est crucifixus, merito dictum esse Petro: *Sequere me*, qui non solum mortem, sed etiam mortem crucis, sicut Christus, expertus est. **S**it hoc, si nihil aliud quod sit convenientius potuerit inveniri. Cur ergo de Ioanne dictum est: *Sic eum volo manere donec veniam; quid ad te?* et repetitum est:

Tu me sequere; tamquam ille ideo non sequeretur, quoniam eum manere voluit donec veniat? Quis facile aliud dictum esse credat,

quam quod fratres crediderant qui tunc erant, **e**o quod scilicet non esset discipulus ille moriturus, sed donec Iesus veniret, ista maneret in vita?

Sed hanc opinionem Ioannes ipse abstulit, non hoc dixisse Dominum aperta contradictione declarans. Cur enim subiungeret:

Non dixit Iesus: Non moritur, nisi ne hominum cordibus quod falsum fuerat inhaereret?

2. Sed cui placet, adhuc resistat; et dicat verum esse quod ait Ioannes, non dixisse Dominum quod discipulus ille non moritur, sed hoc tamen significatum esse talibus verbis, qualia eum dixisse narravit; et asserat apostolum Ioannem vivere, atque in illo sepulcro eius quod est apud Ephesum, dormire eum potius quam mortuum iacere contendat. Assumat in argumentum, quod illic terra sensim scatere, et quasi ebullire perhibetur; atque hoc eius anhelitu fieri, sive constanter sive pertinaciter asseveret. Non enim possunt deesse qui credant, si non desunt qui etiam Moysen asserant vivere; quia scriptum est eius sepulcrum non inveniri, et apparuit cum Domino in monte, ubi et Elias fuit, quem mortuum legimus non esse, sed raptum.

Quasi Moysi corpus non potuerit alicubi sic abscondi, ut prorsus homines lateret ubi esset, atque inde ad horam divinitus excitari, quando cum Christo Elias et ipse sunt visi: sicut ad horam *multa sanctorum corpora surrexerunt*, quando passus est Christus, et post eius resurrectionem apparuerunt multis

⁴¹ Gv 21, 19-23; Vulg.: “Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te ?”; Sabatier in nota: “Ms. Corb. *Dicit ei Iesus: Si sic volo & eum manere donec venio, &c.* ut sup. Cantabrig. *Dicit illi Iesus: si eum volo sic manere usque dum venio, &c.*”; testo greco: “λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν ἕως ἔρχομαι, τί πρὸς σέ; σὺ ἀκολούθει μοι.”.

⁴² cfr At 12, 2 Il testo di cui dispongo qui differisce da quello agostiniano che propone “aliquis”.

⁴³ Gv 21, 22

⁴⁴ Gv 21, 23; Vulg.: “non dixit ei Iesus : Non moritur.”.

⁴⁵ In realtà: Dt 34.

⁴⁶ Il testo riporta “mulat”, che mi sembra essere evidente errore di battitura.

in sancta, sicut scriptum est, civitate (Matth. XXVII).⁴⁷

Sed nunquid hinc tanta ista solvitur quaestio, si magno miraculo, qualia potest facere Omnipotens, tandiu vivum corpus in sopore sub terra est, donec veniat terminus saeculi? Quinimo fit amplior et difficilior, cur discipulo Jesus quem prae caeteris diligebat, in tantum ut supra pectus ejus discumbere mereretur, pro magno munere longum in corpore donaverit somnum, cum beatum Petrum per ingentem martyrii gloriam ab onere ipsius corporis solverit, eique concesserit quod apostolus Paulus se concupisse dixit et scripsit, dissolvi et esse cum Christo (Philip. I)?⁴⁸ Si autem, quod magis creditur, ideo sanctus Ioannes ait non dixisse Dominum *non moritur*, ne illis verbis quae dixit hoc voluisse intelligi putaretur, corpusque ejus in sepulcro ejus exanime, sicut aliorum mortuorum, jacet, restat ut si vere ibi sit, quod sparsit fama de terra quae subinde ablata succrescit, aut ideo fiat, ut eo modo commendetur pretiosa mors ejus, quoniam non eam commendat martyrium (non enim eum pro fide Christi persecutor occidit), aut propter aliquid aliud, quod nos latet, manet tamen quaestio cur dixerit Dominum de homine morituro: *Si eum volo manere donec veniam*.

Illud etiam in his duobus apostolis Petro et Joanne quem non moveat ad quaerendum, cur Joannem plus dilexerit Dominus, cum ipsum Dominum plus dilexerit Petrus? ubicunque enim se commemorat Ioannes, ut nomine suo tacito ipse possit intelligi, hoc addit quod eum diligebat Jesus⁴⁹, quasi solum diligeret, ut hoc signo discerneret a caeteris, quos omnes utique diligebat. Quid ergo nisi amplius se dilectum, cum hoc diceret, volebat intelligi? quod absit ut mendaciter diceret. Quod autem majus dare potuit Jesus majoris erga eum suae dilectionis indicium, quam ut homo cum caeteris condiscipulis suis socius tantae salutis, solus tamen recubuerit super pectus ipsius Salvatoris?

Porro quod apostolus Petrus plus aliis dilexerit Christum, possunt quidem documenta multa proferri; sed ut longe in alia non eamus, in ipsius tertiae manifestationis paulo superius lectione quae istam praecedat, satis evidenter apparet, ubi interrogans eum dixit: *Diligis me plus his*⁵⁰? quod utique sciebat, et tamen interrogabat, ut etiam nos qui legimus Evangelium amorem Petri erga Dominum, et illo interrogante, et isto respondente, nossemus.

Quod autem in eo quod respondit Petrus, *Amo te*, non addit *plus his*; hoc respondit quod de seipso sciebat. Non enim quantum ab alio quolibet diligeretur scire poterat, qui cor alterius videre non poterat;

sed tamen superioribus verbis dicendo: *Etiam, Domine, tu scis*⁵¹, satis et ipse declaravit scientem Dominum interrogasse quod interrogavit. Sciebat igitur Dominus non solum quod diligeret, verum etiam quod plus illis eum diligeret Petrus; et tamen si

sua risurrezione apparvero a molti nella città, come è scritto, *santa* (cfr Mt 27, 52-53).

Ma forse che si risolve questa grossa questione, se per un grande miracolo, quale l'Onnipotente può compiere, un corpo vivo può rimanere nel sopore tanto a lungo sotto terra finché giunga la fine del secolo? Al contrario diventa più ampia e più difficile, perché Gesù, al discepolo, che prediligeva agli altri tanto da meritare di chinarsi sul suo petto, avrebbe accordato come straordinario dono un sonno così prolungato, mentre ha sciolto il beato Pietro dal peso del suo corpo per mezzo dell'insigne gloria del martirio, e gli avrebbe concesso ciò di cui l'apostolo Paolo disse e scrisse di aver desiderato: *di lasciare questa vita per essere con Cristo* (Fil 1, 23)? Se invece - ciò che è più credibile - san Giovanni fa notare che il Signore non disse: *non sarebbe morto*, proprio perché non volle si ritenesse che con le parole che disse abbia voluto intendere ciò; e se il suo corpo giace esanime nel sepolcro come quello degli altri morti, resta il fatto che se è vero ciò che si dice che lì la terra si solleva e si abbassa, o ciò si verifica proprio per onorare la sua morte preziosa, in quanto essa non è stata resa gloriosa dal martirio (infatti il persecutore non lo uccise per la sua fede in Cristo), oppure per qualche altro motivo che ci sfugge; rimane tuttavia la questione del perché il Signore disse di un uomo che sarebbe morto: *Se voglio che egli rimanga finché io venga*.

Chi, poi, a proposito di questi due apostoli, Pietro e Giovanni, non sarà mosso a chiedersi, come mai il Signore predilesse Giovanni, dato che Pietro amò di più il Signore? Ogni qualvolta infatti Giovanni parla di sé, perché si possa capire che il nome sottaciuto è il suo, aggiunge ciò: il [discepolo] *che Gesù amava*, quasi amasse lui solo, per distinguersi con questa indicazione dagli altri, tutti certamente da Gesù amati. Che altro vuol farci intendere, quando dice ciò, se non che egli era prediletto? lungi da noi pensare che abbia mentito. E, del resto, quale maggiore indizio Gesù poteva dare della sua predilezione per lui se non che quell'uomo, che insieme agli altri suoi condiscipoli era partecipe di tanto grande salvezza, tuttavia egli solo riposasse sul petto del Salvatore stesso? Quanto al fatto che l'apostolo Pietro abbia amato Cristo più degli altri, ci sono molti documenti che lo dimostrano; Senza andare troppo lontano, poco sopra nella lettura, che precede questa, sulla sua terza manifestazione, appare abbastanza evidente, allorché interrogandolo disse: *Mi ami più di costoro?*, cosa che certamente sapeva, e tuttavia lo domandò, in modo che anche noi, che leggiamo il Vangelo, conoscessimo, grazie alla domanda dell'uno e alla risposta dell'altro, l'amore di Pietro per il Signore. Che poi Pietro nel rispondere: *ti amo*⁷³, non abbia aggiunto *più di costoro*, [dimostra] che rispose ciò che sapeva di se stesso. Non poteva sapere infatti quanto potesse essere amato da un altro, dato che non poteva vedere il cuore altrui; tuttavia dicendo le parole precedenti: *Certo, Signore, tu lo sai*, palesemente pure lui dichiara che il Signore sapeva la risposta alla domanda. Il Signore dunque sapeva non solo che lo amava, ma anche che Pietro lo amava più degli altri; e tuttavia, se ci

in sancta, sicut scriptum est, civitate.

Sed tamen, ut dicere coeperam, si quidam Moysen mortuum negant, quem Scriptura ipsa, ubi sepulcrum eius nusquam inveniri legimus, mortuum tamen esse sine ulla ambiguitate testatur; quanto magis Ioannes ex istorum occasione verborum ubi Dominus ait: *Sic eum volo manere donec venio*, creditur vivus dormire sub terra? Quem tradunt etiam (quod in quibusdam Scripturis quamvis apocryphis reperitur), quando sibi fieri iussit sepulcrum, incolumem fuisse praesentem; eoque effosso et diligentissime praeparato, ibi se tamquam in lectulo collocasse, statimque eum esse defunctum: ut autem isti putant, qui haec verba Domini sic intellegunt, non defunctum, sed defuncto similem cubuisse; et cum mortuus putaretur, sepultum fuisse dormientem; et donec Christus veniat sic manere, suamque vitam scaturigine pulveris indicare: qui pulvis creditur, ut ab imo ad superficiem tumuli ascendat, flatu quiescentis impelli. Huic opinioni supervacaneum existimo reluctari. Viderint enim qui locum sciunt, utrum hoc ibi faciat vel patiat terra quod dicitur; quia et revera non a levibus hominibus id audivimus.

3. Interim cedamus opinioni, quam certis documentis refellere non valemus, ne rursus aliud quod a nobis quaeratur exurgat: Cur super humatum mortuum ipsa humus quodammodo vivere ac spirare videatur.

Sed numquid hinc tanta ista solvitur quaestio, si magno miraculo, qualia potest facere Omnipotens, tamdiu vivum corpus in sopore sub terra est, donec veniat terminus saeculi? Quin imo fit amplior et difficilior, cur discipulo Jesus, quem diligebat prae caeteris, in tantum ut super pectus ejus discumbere mereretur, pro magno munere longum in corpore donaverit somnum: cum beatum Petrum per ingentem martyrii gloriam, ab onere ipsius corporis solverit, eique concesserit quod apostolus Paulus se concupisse dixit, et scripsit: *Dissolvi et esse cum Christo*. Si autem

quod magis creditur, ideo sanctus Ioannes ait, non dixisse Dominum: *Non moritur*, ne illis verbis quae dixit, hoc voluisse intelligi putaretur;

corpusque ejus in sepulcro ejus exanime sicut aliorum mortuorum iacet: restat ut si vere ibi fit quod sparsit fama de terra, quae subinde ablata succrescit, aut ideo fiat ut eo modo commendetur pretiosa mors ejus, quoniam non eam commendat martyrium (non enim eum pro fide Christi persecutor occidit), aut propter aliquid aliud quod nos latet. Manet tamen quaestio cur dixerit Dominus de homine morituro: *Sic eum volo manere donec veniam*.

4. Illud etiam in his duobus apostolis Petro et Joanne quem non moveat ad quaerendum, cur Joannem plus dilexerit Dominus, cum ipsum Dominum plus dilexerit Petrus? Ubicumque enim se commemorat Ioannes, ut nomine suo tacito ipse possit intelligi, hoc addit quod eum diligebat Iesus, quasi solum diligeret,

ut hoc signo discerneret a caeteris, quos utique omnes diligebat: quid ergo, nisi amplius se dilectum, cum hoc diceret, volebat intelligi? quod absit ut mendaciter diceret. Quod autem maius dare potuit Iesus maioris erga eum suae dilectionis indicium, quam ut homo cum caeteris condiscipulis suis socius tantae salutis, solus tamen discubuerit super pectus ipsius Salvatoris?

Porro quod apostolus Petrus plus aliis dilexit Christum, possunt quidem documenta multa proferri; sed ut longe in alia non eamus, ipsius tertiae manifestationis Domini paulo superiore lectione, quae istam praecedat, satis evidenter apparet, ubi interrogans eum, dixit: *Diligis me plus his*? Quod utique sciebat, et tamen interrogabat, ut etiam nos qui legimus Evangelium, amorem Petri erga Dominum, et illo interrogante et isto respondente nossemus.

Quod autem in eo quod respondit Petrus: *Amo te*, non addidit, plus his, hoc respondit quod de seipso sciebat. Non enim quantum ab alio quolibet diligeretur scire poterat, qui cor alterius videre non poterat.

Sed tamen superioribus verbis dicendo: *Etiam, Domine, tu scis*, satis et ipse declaravit, scientem Dominum interrogasse quod interrogavit. Sciebat igitur Dominus non solum quod diligeret, verum etiam quod plus illis eum diligeret Petrus. Et tamen si

⁴⁷ Vulg.: "et multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt. Et exeuntes de monumentis post resurrectionem ejus, venerunt in sanctam civitatem, et apparuerunt multis."; Sabatier in nota: "Hedibia quaest. 8. Apud S. Hieron. to. 4. Col. 176. A. nil discrepat a textu Colb. August. quoque in Joh. 21. to. 3. col 819. g. ait: & post ejus resurrectionem apparuerunt multis in Sancta, sicut, scriptum est, civitate."

⁴⁸ Vulg.: "desiderium habens dissolvi, et esse cum Christo,"

⁴⁹ Gv 21, 20

⁵⁰ Gv 21, 15

⁵¹ Gv 21, 16

⁷³ NCEI: "ti voglio bene".

proponamus quaerentes, quis duorum sit melior, utrum qui plus, an qui minus diligit Christum, quis dubitabit respondere eum qui plus diligit esse meliorem? Item si proponamus quis duorum sit melior, utrum quem minus, an quem plus diligit Christus, eum qui plus diligitur a Christo meliorem procul dubio respondebimus. In illa ergo comparatione quam prius proposui, Petrus Joanni, in hac vero altera Joannes anteponitur Petro. Proinde tertiam sic proponimus: Quis est duorum discipulorum melior, qui minus quam condiscipulus ejus diligit Christum, et plus quam condiscipulus ejus diligitur a Christo; an ille quem minus quam condiscipulum ejus diligit Christus, cum plus ipse quam suus condiscipulus diligit Christum? Hic plane cunctatur responsio, et augetur quaestio. Quantum autem ipse sapio, meliorem qui plus diligit Christum, feliciorem vero quem plus diligit Christus, facile responderem, si iustitiam liberatoris nostri minus eum diligentis a quo plus diligitur, et eum plus a quo minus diligitur, quemadmodum defenderem perviderem.

Aggrediar **tamen**

de solvenda quaestione tam ingenti, pro viribus quas ipse donaverit, disputare. Hucusque enim proposita est, non exposita. Exponendae vero ejus hoc sit exordium, ut meminerimus in hoc *corruptibili corpore, quod aggravat animam* (*Sap.* IX)⁵², vitam nos miseram vivere, sed qui jam redempti per Mediatorem sumus, et Spiritum sanctum pignus accepimus, beatam vitam in spe habemus, etsi re ipsa nondum tenemus. *Spes autem quae videtur non est spes; quod enim videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per patientiam exspectamus* (*Rom.* VIII)⁵³.

Hanc itaque vitam

Hanc itaque vitam, de qua scriptum est: *Numquid non tentatio est vita humana super terram* (*Job.* VII)⁵⁴ in qua quotidie clamamus ad Deum: *Libera nos malo* (*Matth.* VI), cogitur homo tolerare etiam remissis peccatis, quamvis ut in eam veniret miseriam, primum fuerit causa **peccati**; productior est enim poena quam culpa, ne parva putaretur culpa, si cum illa finiretur et poena.

Haec est istorum dierum

Haec est istorum dierum, quos in hac mortalitate agimus malos, quamvis in eis diligamus videre dies bonos, flenda quidem, sed non reprehendenda conditio (*Psal.* XXXIII). Venit enim de ira Dei justa, de qua Scriptura **legens**: *Homo*, inquit, *natus ex muliere, brevis vitae, et plenus irae* (*Job.* XIV)⁵⁵.

In hac ira sua

In hac ira sua continens, sicut scriptum est, miserationes suas, Deus (*Psal.* LXXVI)⁵⁶, praeter alia solatia miserorum quae generi humano praebere non cessat,

misit Filium suum unigenitum

misit Filium suum unigenitum⁵⁷, per quem creavit universa, ut manens Deus fieret homo, ut esset mediator Dei et hominum homo Christus Jesus⁵⁸: in quem credentes, per lavacrum regenerationis soluto reatu omnium peccatorum,

liberarentur a damnatione perpetua,

liberarentur a damnatione perpetua, et viverent in fide, et spe, et charitate.

poniamo la domanda chi dei due sia il migliore, se chi più ama Cristo o chi meno, chi esiterà a rispondere che migliore è colui che ama di più? E ancora, se ci domandiamo chi dei due sia il migliore, se chi meno o chi più era amato da Cristo, senz dubbio risponderemo che migliore è colui che più era amato da Cristo. Pertanto nella comparazione che ho proposto prima si antepone Pietro a Giovanni, nella seconda Giovanni a Pietro. Perciò proponiamo la terza così: Chi dei due è il discepolo migliore, quello che ama Cristo meno del suo condiscipolo e più del suo condiscipolo è amato da Cristo; oppure quello che Cristo ama meno del suo condiscipolo benché più del suo condiscipolo ami Cristo? Qui di sicuro la risposta tarda e la questione si accresce. Per quanto ne so: è migliore chi più ama Cristo, ma è più felice colui che Cristo ama di più; lo risponderei senza difficoltà, se riuscissi a vedere come difendere la giustizia del nostro liberatore, che ama meno chi lo ama di più, e ama di più chi lo ama di meno.

Cercherò nondimeno

di esaminare, con le forze che egli stesso vorrà concedermi, una questione tanto ardua da risolvere. Finora, infatti, è stata proposta, non espsta. E invero nell’esperla il suo esordio sia questo: ricordiamoci che in questo *corpo corruttile* che *appesantisce l’anima* (*Sap* 9, 15) noi conduciamo una vita misera; ma quanti siamo già redenti per mezzo del Mediatore, e abbiamo ricevuto in pegno lo Spirito santo, abbiamo nella speranza la vita beata, anche se in sé non la possediamo ancora. *Ora, ciò che si spera, se è visto, non è più oggetto di speranza; infatti, ciò che uno già vede, come potrebbe sperarlo? Ma, se speriamo quello che non vediamo, lo attendiamo con perseveranza.* (cfr Rm 8, 24-25).

Questa vita

Questa vita pertanto, di cui sta scritto: *Non è forse tentazione la vita uomana sulla terra?* (Gb 7, 1) nella quale quotidianamente gridiamo a Dio: *Liberaci dal male* (Mt 6, 13), [questa] l'uomo deve sopportare, anche se i peccati sono stati rimessi, dato che all’inizio [egli] fu causa del peccato che introdusse in essa la miseria; la pena infatti si protrae più della colpa, perché non si reputi poca cosa la colpa se con essa dovesse finire anche la pena.

Questa è la condizione,

Questa è la condizione, lacrimevole ma non riprovevole, di questi giorni che passiamo male in questa condizione mortale, benché fra essi amiamo vedere giorni buoni (cfr Sal 33, 13). Essa infatti proviene dalla giusta ira di Dio, come si legge nella Scrittura: *L'uomo – dice-, nato da donna, ha vita breve ed è pieno d’ira* (Gb 14, 1)⁷⁴.

Mantenendo Dio

Mantenendo Dio in questa ira, come sta scritto, le sue misericordie (cfr Sal 76, 10), oltre agli altri sollievi per i miseri che non cessa di procurare al genere umano,

ha mandato il suo Figlio unigenito,

ha mandato il suo Figlio unigenito, per mezzo del quale aveva creato l'universo, affinché, rimanendo Dio diventasse uomo, e fosse mediatore tra Dio e gli uomini, l'uomo Cristo Gesù: [così che] credendo in lui, prosciolti dalla colpa di tutti i peccati grazie al lavacro di rigenerazione,

siano liberati dall'eterna dannazione,

siano liberati dall'eterna dannazione, e vivano nella fede, nella speranza e nella carità.

proponamus quaerentes, quis duorum sit melior, utrum qui plus, an qui minus diligit Christum; quis dubitabit respondere, eum qui plus diligit esse meliorem? Item si proponamus quis duorum sit melior, utrum quem minus, an quem plus diligit Christus; eum qui plus diligitur a Christo, meliorem procul dubio respondebimus. In illa ergo comparatione quam prius posui, Petrus Ioanni; in hac vero altera, Ioannes anteponitur Petro. Proinde tertiam sic proponimus: quis est duorum discipulorum melior, qui minus quam condiscipulus eius diligit Christum, et plus quam condiscipulus eius diligitur a Christo? an ille quem minus quam condiscipulum eius diligit Christus, cum plus ipse quam suus condiscipulus diligit Christum? Hic plane cunctatur responsio, et augetur quaestio. Quantum autem ipse sapio, meliorem qui plus diligit Christum, feliciorem vero quem plus diligit Christus, facile responderem; si iustitiam Liberatoris nostri minus eum diligentis a quo plus diligitur, et eum plus a quo minus diligitur, quemadmodum defenderem, perviderem.

Duae vitae.

5. Aggrediar igitur

in eius manifesta misericordia, cuius est occulta iustitia,

de solvenda quaestione tam ingenti, pro viribus quas ipse donaverit, disputare: hucusque enim proposita est, non exposita. Exponendae vero eius hoc sit exordium; ut meminerimus in hoc corruptibili corpore quod aggravat animam, vitam nos miseram vivere. Sed qui iam redempti per Mediatorem sumus, et Spiritum sanctum pignus accepimus, beatam vitam in spe habemus, etsi re ipsa nondum tenemus. *Spes autem quae videtur, non est spes; quod enim videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per patientiam exspectamus.*

In malis autem quae

In malis autem quae quisque patitur, non in bonis quibus fruitur, opus est patientia.

Hanc itaque vitam de qua scriptum est: *Numquid non tentatio est vita humana super terram?* in qua quotidie clamamus ad Dominum: *Libera nos a malo*, cogitur homo tolerare etiam remissis peccatis:

quamvis ut in eam veniret miseriam, primum fuerit causa **peccatum**.

Productior est enim poena quam culpa; ne parva putaretur culpa, si cum illa finiretur et poena.

Ac per hoc vel ad demonstrationem debitae miseriae, vel ad emendationem labilis vitae, vel ad exercitationem necessariae patientiae, temporaliter hominem detinet poena et quem iam ad damnationem sempiternam reum non detinet culpa.

Haec est istorum dierum, quos in hac mortalitate agimus malos, quamvis in ea diligamus videre dies bonos, flenda quidem, sed non reprehendenda conditio. Venit enim de ira Dei iusta, de qua Scriptura **loquens**: *Homo*, inquit, *natus ex muliere, brevis vitae, et plenus irae*:

cum ira Dei non sit ut hominis, id est perturbatio concitati animi, sed tranquilla iusti supplicii constitutio.

In hac ira sua Deus non continens, sicut scriptum est, miserationes suas, praeter alia solatia miserorum quae generi humano praebere non cessat, in plenitudine temporis, quo ipse sciebat hoc esse faciendum, misit Filium suum unigenitum, per quem creavit universa, ut manens Deus fieret homo, et esset mediator Dei et hominum homo Christus Iesus: in quem credentes, per lavacrum regenerationis soluto reatu omnium peccatorum,

et originalis videlicet quod generatio trahit, contra quam maxime regeneratio est instituta, et caeterorum quae male agendo contracta sunt, liberarentur a damnatione perpetua, et viverent in fide et spe et caritate, peregrinantes in hoc saeculo, atque in eius tentationibus laboriosis et periculosis,

^[1] Vulg.: “corpus enim quod corrumpitur aggravat animam”; Sabatier in nota: “Hieron. vero l. 2. In ep. Ad Ephes. 10. 4. 359. F. Corruptibile enim corpus aggravat animam, & terrenum hoc tabernaculum sensum opprimit multa curantem”; Settanta: “φθαρτὸν γὰρ σῶμα βαρύνει ψυχὴν”.

^[2] Vulg.: “Spes autem, quae videtur, non est spes : nam quod videt quis, quid sperat ? Si autem quod non videmus, speramus : per patientiam exspectamus.”.

^[3] Vulg.: “Militia est vita hominis super terram,”; VL: “Nunquid non tentatio est vita humana super terram;”

^[4] Vulg.: “Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miseriis.”; VL: “Homo natus de muliere, brevis vitae, & plenus iracundiae.”; Sabatier in nota: “similiter tract. 124 in Joh. to. 3. p. 2. col. 821. g. At l. 2. de pecc. mer. to. 10. 48. d. ita: Homo enim natus ex muliere, parvi est temporis, & plenus iracundia. ... Fulg. de Incarn. ad Petr. Diac. p. 301. Homo natus de muliere, brevis vitae, plenus irae.”.

^[5] Ritengo non si tratti di errore nel riportare il testo agostiniano; il v. 10 interroga: “aut obliviscetur misereri Deus ? aut continebit in ira sua misericordias suas ?”: Agostino risponde negando, mentre Beda conferma.

^[6] cfr Gal 4, 4

^[7] cfr Gal 4, 4

^[8] NCEI: “L'uomo, nato da donna, ha vita breve e piena d'inquietudine”.

Et quia in ipso quoque ambulantes, non sunt sine peccatis, quae de hujus vitae infirmitate subrepunt, dedit eleemosynarum remedia salutaria, quibus eorum adjuvaretur oratio, ubi eos dicere docuit: *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris* (Matth. VI). Hoc agit Ecclesia spe beata in hac vita aerumnosa: cujus Ecclesiae Petrus apostolus propter apostolatus sui primatum gerebat figurata generalitate personam. Quod enim ad ipsum proprie pertinet, natura unus homo erat, gratia unus Christianus, abundantiore gratia unus idemque primus apostolus. Sed quando ei dictum est: *Tibi dabo claves regni coelorum: quod ligaveris super terram, erit ligatum et in coelis;*

et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in coelis (Matth. XVI)⁵⁹, universam significabat Ecclesiam, quae in hoc saeculo diversis tentationibus, velut imbribus, fluminibus, et **tentationibus** qua utitur [F. quibus quatitur], non cadit, quoniam fundata est super petram, unde Petrus nomen accipit. Non enim a Petro petra, sed Petrus a petra; sicut non Christus a Christiano, sed Christianus a Christo vocatur. Ideo quippe ait Dominus: *Super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam*⁶⁰, quia dixerat Petrus: *Tu es Christus Filius Dei vivi*⁶¹; *super hanc* ergo, inquit, *petram*, quam confessus est, *aedificabo Ecclesiam meam. Petra enim erat Christus* (I Cor. X)⁶², super quod fundamentum etiam ipse aedificatus est Petrus. *Fundamentum quippe aliud nemo potest ponere, praeter id quod positum est, quod est Christus Jesus* (I Cor. III)⁶³. Ecclesia ergo quae fundatur in Christo, claves ab eo regni coelorum accepit in Petro, id est, potestatem solvendi ligandique peccata. Quod est enim per proprietatem in Christo Ecclesia, hoc est per significationem Petrus in petra, qua significatione intelligitur Christus petra, Petrus Ecclesia. Haec igitur Ecclesia, quam significabat Petrus, quamdiu degit in malis, amando et sequendo Christum, liberatur a malis. Magis autem sequitur in eis, qui certant pro veritate usque ad mortem. Sed universitati dicitur *Sequere me*⁶⁴; pro qua universitate passus est Christus,

de quo dicit idem Petrus: *Christus pro nobis passus est, relinquens nobis exemplum, ut sequamur vestigia ejus* (I Petr. II)⁶⁵. Ecce propter quod ei dictum est *Sequere me*. Est autem alia vita immortalis, quae non est in malis. *Ibi facie ad faciem videbimus, quod hic per speculum et in aenigmate videtur* (I Cor. XIII)⁶⁶, quando multum in concupiscenda veritate proficitur. Duas itaque vitas sibi divinitus praedicatas et commendatas novit Ecclesia, quarum una est in fide, altera in specie; una in tempore peregrinationis, altera in aeternitate mansionis; una in labore, altera in requie; una in via, altera in patria; una in opere actionis, altera in mercede contemplationis; una declinat a malo, et facit bonum, altera nullum habet a quo declinet malum, et magnum quo fruatur bonum; una cum hoste depugnat, altera sine hoste regnat;

una carnales libidines frenat, altera spiritalibus delectationibus vacat;

una subvenit indigenti, altera ibi est ubi nullum invenit indigentem; una aliena peccata, ut sua sibi ignoscantur, ignoscit, altera nec patitur quod ignoscat, nec facit quod sibi poscit ignosci;

una bona et mala discernit, altera quae bona sunt cernit. Ergo una bona est, sed adhuc misera, altera melior, et beata. Ista significata est per apostolum Petrum, illa per Joannem. Tota hic agitur ista usque in hujus saeculi finem,

E dato che anche camminando in lui, non sono senza i peccati che provengono dalla fragilità di questa vita, diede i salutari rimedii delle elemosine, con cui suffragare la loro orazione come ha insegnato a dire: *Rimetti a noi i nostri debiti, come anche noi li rimettiamo ai nostri debitori* (Mt 6, 12). Questo opera la Chiesa, con beata speranza, in questa vita travagliata; e l’apostolo Pietro, per il primato del suo apostolato, gestiva il corpo di questa Chiesa con simbolica universalità. Per quanto concerne la sua persona, era per natura solo un uomo, per grazia solo un cristiano, per una grazia più abbondante era solo un apostolo, e parimenti il primo. Ma quando gli venne detto: *A te darò le chiavi del regno dei cieli: tutto ciò che legherai sulla terra sarà legato nei cieli, e tutto ciò che scioglierai sulla terra sarà sciolto nei cieli* (Mt 16, 19), egli rappresentava l’intera Chiesa, che in questo secolo [è] fra tentazioni, come da nubifragi, da torrenti; e nelle tentazioni che la scuotono non crolla, perché è fondata sulla pietra, da cui Pietro deriva il nome. Infatti non è la pietra da Pietro, ma è Pietro dalla pietra; così come non Cristo da cristiano, ma cristiano deriva da Cristo. Pertanto di certo il Signore dice: *Su questa pietra edificherò la mia Chiesa*, perché Pietro aveva detto: *Tu sei il Cristo, il Figlio del Dio vivente*; dunque *su questa pietra*, dice, da te confessata, *edificherò la mia Chiesa. La roccia infatti era il Cristo* (cfr 1Cor 10, 4); su questo fondamento anche lo stesso Pietro è stato edificato. *Infatti nessuno può porre un fondamento diverso da quello che già vi si trova, che è Gesù Cristo*. (1Cor 3, 11). La Chiesa dunque, che è fondata in Cristo, in Pietro ha ricevuto da lui le chiavi del regno dei cieli, cioè la potestà di legare e di sciogliere i peccati. Ciò che la Chiesa è in Cristo in senso proprio, Pietro lo è, in senso figurato, nella pietra; per cui, in senso figurato, Cristo è la pietra, Pietro la Chiesa. Questa Chiesa, quindi, che Pietro rappresentava, per quanto viva in mezzo al male, amando e seguendo Cristo viene liberata dal male. Tuttavia lo segue di più in coloro che combattono per la verità fino alla morte. Ma a tutti è rivolto *seguimi*, a quella totalità per la quale Cristo patì, come dice lo stesso Pietro: *Cristo patì per noi, lasciandoci un esempio, perché ne seguiamo le orme* (1Pt 2, 21)⁷⁵. Ecco perché a lui viene detto: *seguimi*. C’è però un'altra vita immortale, che non è in mezzo al male: *Qui noi vediamo in modo confuso, come in uno specchio; lì invece vedremo faccia a faccia* (cfr 1Cor 13, 12)⁷⁶, quando si è progredito molto nel desiderio della verità. La Chiesa conosce dunque due vite, che le sono state divinamente rivelate e raccomandate, delle quali una è nella fede, l'altra nella visione; una nel tempo della peregrinazione, l'altra all'eternità della dimora; una nella fatica, l'altra nel riposo; una nella via, l'altra nella patria; una nel lavoro dell'azione, l'altra nel premio della contemplazione; una si tiene lontana dal male e compie il bene, l'altra non ha alcun male da evitare ma un grande bene da godere; una combatte con l'avversario, l'altra regna senza nemici;

una tiene a freno le passioni carnali, l'altra riposa nelle gioie spirituali;

una soccorre l'indigente, l'altra è lì dove non esiste alcun indigente; una perdona i peccati altrui per essere a sua volta perdonata, l'altra non subisce offese da perdonare, né fa cose di cui chiedere perdono;

una discerne il bene e il male, l'altra contempla ciò che è bene. Quindi una è buona, ma ancora sofferente, l'altra è migliore e beata. Questa è simboleggiata dall'apostolo Pietro, quella da Giovanni. Questa si conduce interamente qui fino alla fine del secolo,

consolationibus autem Dei et corporalibus et spiritalibus ambularent ad conspectum eius, viam tenentes, quod eis factus est Christus.

Et quia in ipso quoque ambulantes non sunt sine peccatis, quae de huius vitae infirmitate subrepunt, dedit eleemosynarum remedia salutaria, quibus eorum adjuvaretur oratio, ubi eos dicere docuit: *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris*. Hoc agit Ecclesia spe beata in hac vita aerumnosa: cuius Ecclesiae Petrus apostolus, propter Apostolatus sui primatum, gerebat figurata generalitate personam. Quod enim ad ipsum proprie pertinet, natura unus homo erat, gratia unus christianus, abundantiore gratia unus idemque primus apostolus: sed quando ei dictum est: *Tibi dabo claves regni coelorum, et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in coelis;*

et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in coelis, universam significabat Ecclesiam, quae in hoc saeculo diversis tentationibus velut imbribus, fluminibus, **tempestatibus** quatitur, et non cadit, quoniam fundata est super petram, unde Petrus nomen accepit. Non enim a Petro petra, sed Petrus a petra; sicut non Christus a christiano, sed christianus a Christo vocatur. Ideo quippe ait Dominus: *Super hanc petram aedificabo Ecclesiam* meam, quia dixerat Petrus: *Tu es Christus Filius Dei vivi*. Super hanc ergo, inquit, *petram* quam confessus es, *aedificabo Ecclesiam meam. Petra enim erat Christus: super quod fundamentum etiam ipse aedificatus est Petrus. Fundamentum quippe aliud nemo potest ponere praeter id quod positum est, quod est Christus Iesus*.

Ecclesia ergo quae fundatur in Christo, claves ab eo regni coelorum accepit in Petro, id est potestatem ligandi solvendique peccata. Quod est enim per proprietatem in Christo Ecclesia, hoc est per significationem Petrus in petra; qua significatione intellegitur Christus petra. Petrus Ecclesia. Haec igitur Ecclesia quam significabat Petrus, quamdiu degit in malis, amando et sequendo Christum liberatur a malis. Magis autem sequitur in eis qui certant pro veritate usque ad mortem. Sed universitati dicitur: *Sequere me*, pro qua universitate passus est Christus:

de quo dicit idem Petrus: *Christus pro nobis passus est, relinquens nobis exemplum, ut sequamur vestigia eius*. Ecce propter quod ei dictum est: *Sequere me*. Est autem alia vita immortalis, quae non est in malis: ibi facie ad faciem videbimus, quod hic per speculum et in aenigmate videtur, quando multum in conspicienda veritate proficitur. Duas itaque vitas sibi divinitus praedicatas et commendatas novit Ecclesia, quarum est una in fide, altera in specie;

una in tempore peregrinationis, altera in aeternitate mansionis; una in labore, altera in requie; una in via, altera in patria; una in opere actionis, altera in mercede contemplationis; una declinat a malo et facit bonum, altera nullum habet a quo declinet malum, et magnum habet quo fruatur bonum; una cum hoste pugnat, altera sine hoste regnat;

una fortis est in adversis, altera nihil sentit adversi;

una carnales libidines frenat, altera spiritalibus delectationibus vacat;

una est vincendi cura sollicita, altera victoriae pace secura; una in tentationibus adjuvatur, altera sine ulla tentatione in ipso adiutore laetatur;

una subvenit indigenti, altera ibi est ubi nullum invenit indigentem; una aliena peccata ut sua sibi ignoscantur ignoscit, altera nec patitur quod ignoscat, nec facit quod sibi poscat ignosci;

una flagellatur malis, ne extollatur in bonis, altera tanta plenitudine gratiae caret omni malo, ut sine ulla tentatione superbiae cohaereat summo bono;

una bona et mala discernit, altera quae **solae** bona sunt cernit: ergo una bona est, sed adhuc misera; altera melior et beata. Ista significata est per apostolum Petrum, illa per Joannem. Tota hic agitur ista usque in huius saeculi finem,

⁵⁹ Vulg.: “... Et quodcumque ligaveris super terram, ...”.

⁶⁰ Mt 16, 18

⁶¹ Mt 16, 16

⁶² Vulg.: “petra autem erat Christus”.

⁶³ Vulg.: “Fundamentum enim aliud nemo potest ponere ...”; Sabatier in nota: “Augustinus tract. 124. in Joh. tom. 3. Col. 822. c. *Fundamentum quippe aliud nemo potest ponere, ...*”.

⁶⁴ Gv 21, 19

⁶⁵ VUlg.: “... Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia ejus”; Sabatier in nota: “Augustinus tract. 21. in Joh. to. 3. p. 2. col. 461. g. *Christus pro nobis passus est, relinquens nobis exemplum, ut sequamur vestigia ejus*: sicque rursum tract. 84-88. 105. & 124. col. 709. c. 716. a. 761. ...”.

⁶⁶ Vulg.: “Videmus nunc per speculum in aenigmate : tunc autem facie ad faciem.”;

⁷⁵ NCEI: “Cristo patì per voi, lasciandovi un esempio, perché ne seguiate le orme:”.

⁷⁶ NCEI: “Adesso noi vediamo in modo confuso, come in uno specchio; allora invece vedremo faccia a faccia.”

et illic invenit finem; differtur illa complenda post hujus saeculi finem, sed in futuro saeculo non habet finem. Ideo dicitur huic *Sequere me*; de illo autem: *Si eum volo manere donec veniam, quid ad te? tu me sequere*⁶⁷. Quid enim est hoc, quantum sapio, quantum capio, quid est hoc, nisi *Tu me sequere* per imitationem perferendi temporalia mala; ille maneat donec sempiterna venio redditurus bona? Quod apertius ita dici potest: Perfecta me sequatur actio, informata meae passionis exemplo, inchoata vero contemplatio maneat donec venio, perficienda cum venero. Sequitur enim Christum perveniens usque ad mortem pia plenitudo patientiae; manet autem donec veniat Christus, tunc manifestanda plenitudo scientiae. Hic quippe tolerantur mala hujus mundi in terra morientium, ibi videbuntur bona Domini in terra viventium. Quod enim ait: *Volo enim*⁶⁸ *manere donec veniam*, non sic intelligendum est quasi dixerit remanere, vel permanere, sed exspectare: quoniam quod per eum significatur, non utique nunc, sed cum venerit Christus, implebitur. Quod autem per hunc significatur, cui dictum est, *Tu me sequere*, nisi nunc agatur, nec pervenietur ad illud quod exspectatur. In hac autem activa vita quanto magis Christum diligimus, tanto facilius liberamur a malo. At ipse nos minus diligit quales nunc sumus; et hinc ideo liberat, ne semper tales simus. Ibi vero amplius nos diligit, quoniam quod ei displiceat, et quod a nobis auferat, non habebimus. Nec ob aliud hic nos diligit, nisi ut sanet, et transferat ab iis quae non diligit. Hic ergo minus, ubi non vult, remaneamus; ibi amplius, quo vult, transeamus, et unde non vult pereamus. Amet ergo eum Petrus, ut ab ista mortalitate liberemur; ametur ab eo Joannes, ut in illa immortalitate servemur.

Sed ista ratione illud ostenditur, cur amplius Joannem quam Petrum amaverit Christus, non cur amplius Petrus quam Joannes amaverit Christum. Neque enim sic plus nos diligit Christus in futuro saeculo (ubi cum illo sine fine vivemus) quam in isto, unde eruimur, ut illic semper simus; et propterea nos tunc eum minus dilecturi non sumus, quando meliores erimus, cum meliores utique, nisi amplius eum diligendo, nullo modo esse possimus. Cur ergo Joannes minus eum diligebat quam Petrus, si eam vitam significabat in qua est multo amplius diligendus, nisi quia propterea dictum est, *Volo eum manere*, id est, exspectare, *donec venio*, quoniam et ipsum amorem, qui tunc amplior erit, nondum habemus, sed futurum exspectamus, ut cum ipse venerit, habeamus? Nam sicut in Epistola sua idem dicit Apostolus:

*Nondum apparuit quod erimus. Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est (I Joan. III)*⁶⁹.

Tunc ergo amplius quod videbimus, diligemus. Ipse autem Dominus illam quae futura est vitam nostram, qualis in nobis futura sit, sciens praedestinatione, plus amat, ut ad eam nos amando perducatur. Quocirca, quoniam *universae viae Domini misericordia et veritas (Psal. XXIV)*, miseriam nostram praesentem novimus, quia sentimus; et ideo misericordiam Domini, quam nobis de miseria liberandis exhiberi volumus, plus amamus, eamque quotidie maxime peccatorum remissione poscimus et habemus. Hoc per Petrum significatum est plus amantum, sed minus amatum, quia minus nos amat Christus miseris quam beatos. Veritatis enim contemplationem, qualis tunc futura est, minus amamus, quia nondum novimus, nec habemus. Haec per Joannem significata est minus amantem, atque ideo et ad ipsam, et ad ejus in nobis amorem, qualis ei debetur, implendam, donec veniat Dominus, exspectantem, sed plus amatum, quia id quod per illum figuratum est, hoc efficit beatum.

Nemo istos tamen insignes apostolos separat;

et in eo quod significabat Joannes, ambo futuri erant. Significando sequebatur iste, manebat ille. Credendo autem ambo mala praesentia hujus miseriae tolerabant. Ambo futura bona illius beatitudinis exspectabant. Nec ipsi soli, Sed universa hoc facit sancta Ecclesia sponsa Christi, ab istis tentationibus eruenda, in illa felicitate servanda: quas duas vitas Petrus et Joannes, figuraverunt, singuli singulas, verum et in hac temporaliter ambulaverunt ambo per fidem,

e lì avrà fine; il compimento di quella è differito alla fine del secolo, ma, nel secolo futuro, non avrà termine. Perciò a lui viene detto: *Tu seguimi*. Dell’altro invece: *Se voglio che egli rimanga finché io venga, a te che importa? Tu seguimi*. E infatti anche questo, per quanto so, per quanto capisco, cosa significa ciò, se non: *Tu seguimi*, imitandomi nel sopportare i mali temporali; quello rimanga finché verrò a rendere i beni eterni? Il che può più esplicitamente essere detto: L’attività perfetta mi segua ispirata all’esempio della mia passione; la contemplazione già iniziata permanga finché vengo, sia perfetta quando verrò. Infatti la pia pienezza della pazienza segue Cristo fino alla morte; la pienezza della conoscenza attende invece finché verrà Cristo, e allora si manifesterà. Qui, nella terra dei mortali, si sopportano i mali di questo mondo; là, nella terra dei viventi, si contempleranno i beni del Signore. Infatti ciò che dice: *Voglio che egli rimanga finché io venga*, non è da intendere quasi avesse detto rimanga o permanga, ma attenda, perché ciò che in lui viene significato, trova il suo compimento non certo qui, ma quando sarà venuto Cristo. Ciò che, invece, è significato da quello, cui vien detto: *Tu seguimi*, se non si compie ora, non perverrà a ciò che si spera. In questa vita attiva quanto più amiamo Cristo, tanto più facilmente veniamo liberati dal male. Ma egli ci ama meno quali siamo ora; e perciò ci libera da qui: affinché non siamo sempre così. Lì invero ci amerà di più, perché non avremo ciò che gli sia sgradito, e che debba allontanare da noi. E qui ci ama non per altro, se non per sanarci, e levarci da ciò che non ama. Quindi qui, dove non vuole, rimaniamo meno; andiamo ancor più lì, verso dove vuole, e da dove non vuole allontaniamoci. Lo ami dunque Pietro, per essere liberati da questa condizione mortale; sia amato da lui Giovanni, per essere serbati in quella vita immortale.

Ma in questo modo si dimostra perché Cristo abbia amato Giovanni più di Pietro, e non perché Pietro abbia amato Cristo più di Giovanni. Infatti, Cristo non ci ama di più nel secolo futuro (dove vivremo con lui senza fine) che in questo, da cui siamo strappati per essere sempre lì; pertanto noi allora non lo ameremo meno quando saremo migliori, proprio perché in nessun modo possiamo essere migliori se non amandolo di più. Perché dunque Giovanni lo amava meno di Pietro, se rappresentava quella vita in cui si deve amare molto di più, se non proprio perché viene detto: *Voglio che egli rimanga*, cioè che aspetti *che io venga*, poiché ancora non abbiamo quell’amore che allora sarà molto più ampio, ma che aspettiamo come futuro per averlo quando egli verrà? Infatti come dice nella sua lettera il medesimo Apostolo: *ciò che saremo non è stato ancora rivelato. Sappiamo però che quando egli si sarà manifestato, noi saremo simili a lui, perché lo vedremo così come egli è (1Gv 3, 2)*. Allora dunque ciò che più ampiamente vedremo, ameremo. Peraltro lo stesso Signore, ama di più quella nostra vita futura, quale sarà in noi perché la conosce già nella predestinazione, per condurci ad essa amandoci. Orbene, *essendo tutte le vie del Signore misericordia e verità (Sal 24, 10)*⁷⁷, conosciamo la nostra miseria presente, perché la sperimentiamo; e perciò amiamo di più la misericordia del Signore, da cui vogliamo essere liberati dalla miseria, e dalla stessa imploriamo e otteniamo ogni giorno la remissione dei peccati. Questo viene significato da Pietro che ama di più, ma è amato di meno, perché Cristo ci ama meno da miseri che da felici. Infatti amiamo meno la contemplazione della verità, quale allora sarà, perché ancora non la conosciamo né la abbiamo. Questa viene rappresentata da Giovanni, che ama di meno, e che perciò attende finché il Signore venga per renderla piena e per l’amore di lui in noi, così come gli è dovuto; però è amato di più perché ciò che è rappresentato da lui, è ciò che rende beati.

Nessuno, tuttavia, separa questi insigni apostoli,

e tutti e due sarebbero stati ciò che Giovanni significava. Nel loro significare questo seguiva, quello rimaneva. Ma nella fede tutti e due sopportavano la mala presenza di questa miseria. Entrambi aspettavano i beni futuri di quella beatitudine. E non solo essi, ma fa questo l’intera santa Chiesa, sposa di Cristo, che sarà strappatata da queste tentazioni, e sarà conservata in quella felicità. Pietro e Giovanni hanno raffigurato queste due vite, ciascuno una; per la verità tutti e due per fede camminarono in questa

et illic invenit finem: differtur illa complenda post huius saeculi finem, sed in futuro saeculo non habet finem. Ideo dicitur huic: *Sequere me*: de illo autem: *Sic eum volo manere donec veniam; quid a te? Tu me sequere*. Quid enim est hoc?

Quantum sapio, quantum capio, quid est hoc, nisi: Tu me sequere per imitationem perferendi temporalia mala; ille maneat donec sempiterna venio redditurus bona? Quod apertius ita dici potest: Perfecta me sequatur actio, informata meae passionis exemplo; inchoata vero contemplatio maneat donec venio, perficienda cum venero. Sequitur enim Christum, perveniens usque ad mortem pia plenitudo patientiae; manet autem donec veniat Christus, tunc manifestanda plenitudo scientiae. Hic quippe tolerantur mala huius mundi in terra morientium, ibi videbuntur bona Domini in terra viventium. Quod enim ait:

Volo eum manere donec veniam, non sic intellegendum est quasi dixerit, remanere vel permanere; sed, exspectare: quoniam quod per eum significatur, non utique nunc, sed cum venerit Christus, implebitur. Quod autem per hunc significatur, cui dictum est: *Tu me sequere*, nisi nunc agatur, non pervenietur ad illud quod exspectatur. In hac autem activa vita quanto magis Christum diligimus, tanto facilius liberamur a malo. At ipse nos minus diligit quales nunc sumus; et hinc ideo liberat, ne semper tales simus. Ibi vero amplius nos diligit; quoniam quod ei displiceat, et quod a nobis auferat, non habebimus: nec ob aliud nos hic diligit, nisi ut sanet et transferat ab his quae non diligit. Hic ergo minus, ubi non vult remaneamus:

ibi amplius, quo vult transeamus, et unde non vult pereamus. Amet ergo eum Petrus, ut ab ista mortalitate liberemur: ametur ab eo Ioannes, ut in illa immortalitate servemur.

6. Sed ista ratione illud ostenditur, cur amplius Ioannem quam Petrum amaverit Christus, non cur amplius Petrus quam Ioannes amaverit Christum. Neque enim, si plus nos diligit Christus in futuro saeculo, ubi cum illo sine fine vivemus, quam in isto unde eruimur, ut illic semper simus, propterea nos tunc eum minus dilecturi sumus quando meliores erimus; cum meliores utique nisi amplius eum diligendo, nullo modo esse possimus. Cur ergo Ioannes minus eum diligebat quam Petrus, si eam vitam significabat, in qua est multo amplius diligendus, nisi quia propterea dictum est: *Volo eum manere*, id est exspectare, *donec veniam*, quoniam et ipsum amorem qui tunc multo amplior erit, nondum habemus, sed futurum exspectamus, ut cum ipse venerit, habeamus? Nam sicut in Epistola sua idem dicit apostolus:

Nondum apparuit quod erimus; scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est.

Tunc ergo amplius quod videbimus, diligemus. Ipse autem Dominus illam quae futura est vitam nostram, qualis in nobis futura sit sciens, praedestinatione plus amat, ut ad eam nos amando perducatur. Quocirca quoniam *universae viae Domini misericordia et veritas*, miseriam nostram praesentem novimus, quia sentimus; et ideo misericordiam Domini, quam nobis de miseria liberandis exhiberi volumus, plus amamus, eamque quotidie maxime **pro** peccatorum remissione poscimus et habemus: hoc per Petrum significatum est plus amantum, sed minus amatum; quia minus nos amat Christus miseris quam beatos. Veritatis autem contemplationem qualis tunc futura est, minus amamus, quia nondum novimus nec habemus: haec per Ioannem significata est minus amantem, atque ideo et ad ipsam, et ad eius in nobis amorem, qualis ei debetur, implendum, donec veniat Dominus exspectantem; sed plus amatum, quia id quod per illum figuratum est, hoc efficit beatum.

Nemo istos insignes apostolos separet.

7. Nemo tamen istos insignes apostolos separet.

Et in eo quod significabat Petrus, ambo erant;

et in eo quod significabat Ioannes, ambo futuri erant. Significando sequebatur iste, manebat ille: credendo autem ambo mala praesentia huius miseriae tolerabant, ambo futura bona illius beatitudinis exspectabant. Nec ipsi soli, sed universa hoc facit sancta Ecclesia sponsa Christi, ab istis tentationibus eruenda, in illa felicitate servanda. Quas duas vitas Petrus et Ioannes figuraverunt, singuli singulas: verum et in hac temporaliter ambulaverunt ambo per fidem,

^[1] Gv 21, 22

^[2] Temo si tratti di errore di battitura; confermato in ciò dall’uso del carattere corsivo riservato alle citazioni testuali.

^[3] Vulg: “nondum apparuit quid erimus.”; Sabatier in nota: “Iterum Augustinus tract. 101. in Joh. to. 3. p. 2. col. 752. b. [...] & nondum manifestatum est quod erimus. [...] &c. ut sup. ...”.

^[4] NCEI: “Tutti i sentieri del Signore sono amore e fedeltà”.

et illa in aeternum fruuntur ambo per speciem. Omnibus igitur sanctis ad Christi corpus inseparabiliter pertinentibus, propter hujus vitae procellosissimae gubernaculum, ad liganda et solvenda peccata, claves regni coelorum primus apostolorum Petrus accepit, eisdemque, omnibus sanctis, propter vitae illius sacratissimae quietissimum sinum, super pectus Christi Joannes evangelista discubuit, quoniam nec iste solus, sed universa Ecclesia ligat solvitque peccata; nec ille

de Christi divinitate, et de totius divinitatis Trinitate atque unitate sublima⁷⁰ (quae in illo regno facie ad faciem contemplanda, nunc autem donec veniat Dominus, in speculo atque aenigmate contuenda sunt)⁷¹ quae praedicando ructaret de fonte dominici pectoris solus bibit, sed ipse Dominus ipsum Evangelium pro sua cujusque capacitate omnibus suis bibendum toto terrarum orbe diffudit. Sunt qui senserint, et hi quidem non contemptibiles sacri eloquii tractatores, a Christo Joannem apostolum propterea plus amatum, quod neque uxorem duxerit, et ab ineunte pueritia castissimus vixerit. Hoc quidem in Scripturis canonicis non evidenter apparet; verumtamen id quoque multum adjuvat congruentiam hujusce sententiae, quod illa vita per eum significata est, ubi non erunt nuptiae.

*Hic est discipulus qui testimonium perhibet de his, et scripsit haec; et scimus quia verum est testimonium ejus. Sunt autem, inquit, et alia multa quae fecit Jesus: quae si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos qui scribendi sunt libros.*⁷² Non spatium locorum credendum est mundum capere non posse quae in eo scribi quo modo possent, si scripta non ferret, sed capacitate legentium comprehendere fortasse non possent; quamvis, salva rerum fide, plerumque verba excedere videantur fidem, quod non fit quando aliquid quod erat obscurum vel dubium, causa et ratione reddita, exponitur, sed quando id quod apertum est, vel augetur, vel extenuatur, nec tamen a tramite significandae veritatis erratur, quoniam sic verba rem quae indicatur excedunt, ut voluntas loquentis nec fallentis appareat, qui novit quousque credatur, a quo ultra quam credendum est, vel minuitur loquendo aliquid, vel augetur. Hunc loquendi modum Graeco nomine

hyperbolem vocant, qui modus, sicut hoc loco, ita in nonnullis aliis divinis litteris invenitur, ut est: *Posuerunt in coelum os suum (Psal. LXXII)*, et: *Verticem capilli perambulantium in delictis suis (Psal. LXVII)*, et multa hujusmodi, quae Scripturis sanctis non desunt, sicut alii tropi, hoc est locutionum modi, de quibus operosius disputarem, nisi, evangelista terminante Evangelium suum, etiam compellerer meum terminare sermonem.

nel tempo, e tutti e due nella visione godono di quella in eterno. A vantaggio di tutti i santi⁷⁸, inseparabilmente appartenenti al corpo di Cristo, per il governo di questa tempestosissima vita, per legare e sciogliere i peccati, Pietro, primo degli apostoli, ricevette le chiavi del regno dei cieli, e del pari a vantaggio di tutti i santi l'evangelista Giovanni riposò sul petto di Cristo, per [offrire] il porto⁷⁹ assolutamente tranquillo della vita sacratissima di lui, perché non solo questo⁸⁰, ma tutta la Chiesa lega e scioglie i peccati; né solo quello bevve, al fonte del petto del Signore ciò che avrebbe riversato

predicando cose sublimi sulla divinità di Cristo, sulla Trinità e sulla unità di tutta la divinità (che in quel regno contempleremo faccia a faccia, mentre ora, finché non verrà il Signore, possiamo intuire come in uno specchio e in enigma).

Anzi il Signore stesso ha diffuso quel Vangelo in tutto l'orbe terrestre, affinché tutti i suoi ne bevano, ciascuno secondo la propria capacità. Ci sono alcuni, anche commentatori non disprezzabili del sacro eloquio, i quali sono persuasi che l'apostolo Giovanni sia stato prediletto da Cristo perché non ebbe moglie e visse castissimo fin dalla puerizia. Ciò non risulta chiaramente dalle Scritture canoniche; tuttavia alla congruenza di questa opinione giova assai il fatto che egli rappresenti quella vita in cui non vi saranno nozze.

Questi è il discepolo che testimonia queste cose e le ha scritte, e noi sappiamo che la sua testimonianza è vera. Vi sono ancora – disse - molte altre cose compiute da Gesù che, se fossero scritte una per una, penso che il mondo stesso non basterebbe a contenere i libri che si dovrebbero scrivere. Non è da credere che il mondo non possa contenere in luoghi spaziosi ciò che non si sa in che modo potrebbe esservi scritto, se esso non riuscisse a contenere gli scritti. Piuttosto per la capacità dei lettori può forse non essere compreso; per quanto, salva la verità delle cose, perlopiù le parole sembrano eccedere la realtà, e ciò non accade quando viene esposto ciò che era oscuro o dubbio, fornendo cause e ragioni, ma quando si gonfia o si estenua ciò che è chiaro, pur senza scostarsi dai limiti della verità da rappresentare; perché le parole eccedono a tal punto la realtà delle cose indicate da palesare la volontà di chi parla senza trarre in inganno, il quale sa fin dove sarà creduto, e nel parlare sminuisce o accresce qualcosa da ciò che eccede quanto è credibile. Questo modo di esprimersi con termine greco

è detto iperbole; modalità che, come in questo passo, si incontra in non pochi altri passi delle divine lettere, come ad esempio: *Aprono la loro bocca fino al cielo (Sal 72, 9)*; e ancora: *la testa dai lunghi capelli di chi percorre la via del delitto (Sal 67, 22)*; e così in molti altri simili che non mancano nelle sante Scritture: come altri tropi, cioè modi di dire, di cui vi parlerei più diffusamente, se l'evangelista, terminando il suo Vangelo, non m'inducesse a terminare anche il mio discorso.

et illa in aeternum fruuntur ambo per speciem. Omnibus igitur sanctis ad Christi corpus inseparabiliter pertinentibus, propter huius vitae procellosissimae gubernaculum, ad liganda et solvenda peccata claves regni coelorum primus Apostolorum Petrus accepit: eisdemque omnibus sanctis propter vitae illius secretissimae quietissimum sinum, super pectus Christi Ioannes evangelista discubuit. Quoniam nec iste solus, sed universa Ecclesia ligat solvitque peccata: nec ille

in principio Verbum Deum apud Deum, et caetera

de Christi divinitate, et de totius divinitatis trinitate atque unitate sublimia, quae in illo regno facie ad faciem contemplanda, nunc autem donec veniat Dominus, in speculo atque in aenigmate contuenda sunt, quae praedicando ructaret, de fonte Dominici pectoris solus bibit; sed ipse Dominus ipsum Evangelium pro sua cuiusque capacitate omnibus suis bibendum toto terrarum orbe diffudit. Sunt qui senserint, et hi quidem non contemptibiles sacri eloquii tractatores, a Christo Ioannem apostolum propterea plus amatum, quod neque uxorem duxerit, et ab ineunte pueritia castissimus vixerit. Hoc quidem in Scripturis canonicis non evidenter apparet: verumtamen id quoque multum adjuvat congruentiam huiusce sententiae, quod illa vita per eum significata est, ubi non erunt nuptiae.

8. *Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his, et scripsit haec; et scimus quia verum est testimonium eius. Sunt autem, inquit, et alia multa quae fecit Iesus, quae si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere eos qui scribendi sunt libros.* Non spatium locorum credendum est mundum capere non posse,

quae in eo scribi quomodo possent,

si scripta non ferret? sed capacitate legentium comprehendere fortasse non possent: quamvis salva rerum fide, plerumque verba excedere videantur fidem. Quod non fit quando aliquid quod erat obscurum vel dubium, causa et ratione reddita exponitur:

sed quando id quod apertum est vel augetur, vel extenuatur,

nec tamen a tramite significandae veritatis erratur; quoniam sic verba rem quae indicatur excedunt, ut voluntas loquentis nec fallentis appareat,

qui novit quousque credatur, a quo ultra quam credendum est vel minuitur loquendo aliquid, vel augetur. Hunc loquendi modum graeco nomine,

non solum graecarum, verum etiam latinarum litterarum magistri

hyperbolen vocant. Qui modus, sicut hoc loco, ita in nonnullis aliis divinis Litteris invenitur: ut est: *Posuerunt in coelum os suum*; et:

Verticem capilli perambulantium in delictis suis;

et multa huiusmodi, quae Scripturis sanctis non desunt, sicut alii tropi, hoc est locutionum modi. De quibus operosius disputarem, nisi Evangelista terminante Evangelium suum, etiam ipse compellerer meum terminare sermonem.

⁷⁰ Il testo di Agostino presenta “sublimia”; ritengo che qui si tratti di errore di battitura.

⁷¹ Cfr 1Cor 13, 12.

⁷² Gv 21, 24-25; cfr 20, 30; Vulg.: Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his, et scripsit haec : et scimus quia verum est testimonium ejus. Sunt autem et alia multa quae fecit Iesus : quae si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros.”.

⁷⁸ Qui secondo l’accezione originaria, usata ad esempio da san Paolo; oggi sarebbe più agevole servirsi di “fedeli”.

⁷⁹ Beda si serve di “sinum”, giocando sulla doppia accezione di seno/petto e insenatura/golfo/cala.

⁸⁰ Pietro

[2] Peractis ergo Dominus quadraginta diebus post resurrectionem cum discipulis suis, idest, commendans eis, quod pro nobis temporaliter gestum est, ascendit in coelum, et post alios quadraginta dies misit Spiritum sanctum, quo perficerentur spiritualiter ad invisibilia capienda, qui visibilibus temporalibusque crediderant, ipsis, videlicet, decem diebus, post quos misit Spiritum sanctum, eandem perfectionem, quae per Spiritum sanctum confertur, denario indicans.

Ergo quoniam perfectio, quae fit per Spiritum sanctum, quandiu adhuc in carne ambulamus, quamvis non vivamus carnaliter, cum ipsa temporali dispensatione copuletur, recte videtur quinquagenarius numerus ad Ecclesiam pertinere, sed iam purgatam atque perfectam, quae temporalis dispensationis fidem, atque aeternitatis futurae spem charitate amplectitur, id est, quasi quadragenarium numero denario copulat. Haec autem Ecclesia, ad quam pertinet quinquagenarius numerus, quia ex tribus generibus hominum eligitur, Judaeis, gentibus, et carnalibus Christianis, sive quia sacramento Trinitatis imbuitur, numero quo significatur ad centenarium et quinquagenarium pervenit; quinquaginta enim ter ducta fiunt centum quinquaginta;

[2] Dunque il Signore, trascorsi dopo la risurrezione quaranta giorni coi suoi discepoli, cioè, affidando loro ciò che aveva compiuto per noi nel tempo, ascese in cielo, e dopo altri quaranta giorni mandò lo Spirito santo, perché fossero resi spiritualmente perfetti per accogliere le [realtà] invisibili, loro che avevano creduto alle visibili e temporali, evidentemente coi dieci giorni dopo i quali mandò lo Spirito santo, indicando nel dieci quella perfezione che è conferita dallo Spirito santo.

Pertanto, poiché la perfezione, che ci viene dallo Spirito santo - dato che camminiamo ancora nella carne, senza tuttavia vivere carnalmente - si accoppia all'economia temporale, correttamente si ritiene che il numero cinquanta riguardi la Chiesa, ma già discolpata e perfetta, che abbraccia nella carità la fede dell'economia temporale e la speranza della futura eternità, cioè quasi accoppia il numero quaranta al dieci. Dunque questa Chiesa, cui pertiene il numero cinquanta, perché è scelta da tre generi di uomini, Giudei, pagani, e Cristiani carnali, e anche perché è imbevuta del sacramento della Trinità, perviene al numero centocinquanta da cui è rappresentata; infatti cinquanta moltiplicato per tre fa centocinquanta; e se a questo aggiungi lo stesso tre, perché deve

QUAESTIO 57. - De centum quinquaginta tribus piscibus

1. *Omnia vestra, vos autem Christi, Christus autem Dei.* Si a capite numerentur, inveniuntur unum, duo, tria, quattuor. Item: *Caput mulieris vir, caput viri Christus, caput autem Christi Deus.* Si eodem modo numerentur, inveniuntur similiter unum, duo, tria, quattuor. Porro unum et duo et tria et quattuor simul ducta fiunt decem. Quapropter disciplinam, quae insinuat conditorem Deum et conditam creaturam, recte significat denarius numerus. Et cum corpus perfectum atque inexterminabile subditur animae perfectae atque inexterminabili, rursusque ipsa subditur Christo et ille Deo, non tamquam dissimilis aut alterius naturae, sed tamquam Patri Filius, hoc totum eodem numero denario recte significatur, quod post resurrectionem corporis speratur futurum in aeternum. Et fortasse propterea qui conducuntur ad vineam denarium accipiunt mercedis nomine. Sicut autem unum et duo et tria et quattuor simul decem fiunt, sic unum et duo et tria et quattuor quater ducta quadraginta fiunt.

2. Si autem quaternarius numerus recte corpus significat propter quattuor notissimas naturas quibus constat siccam, humidam, frigidam et calidam, et quod progressio a puncto ad longitudinem, a longitudine ad latitudinem, a latitudine ad altitudinem soliditatem corporis facit, quae rursus quaternario numero continetur, non absurde intellegitur quadragenarius numerus temporalem dispensationem significare, quae pro salute nostra gesta est, cum Dominus corpus assumpsit et visibiliter hominibus apparere dignatus est. Unum enim et duo et tria et quattuor, quae significant Creatorem et creaturam, quater ducta, id est, per corpus temporaliter demonstrata, fiunt quadraginta. Nam inter quattuor et quater hoc interest, quod quattuor in statu sunt, quater in motu. Ergo ut quattuor referuntur ad corpus, ita quater refertur ad tempus; insinuatque sacramentum corporaliter et temporaliter gestum propter eos qui corporum amore implicati erant et temporibus subditi. Quadragenarius ergo numerus, ut dictum est, temporalem ipsam dispensationem non incongrue significare creditur. Et fortasse hoc est quod quadraginta dies Dominus ieiunavit, saeculi huius, quod motu corporum et temporibus agitur, ostendens inopiam; et quadraginta dies post resurrectionem cum discipulis fuit, hanc ipsam illis credo dispensationem temporalem, quam pro nostra salute gessit, insinuans. Quadragenarius autem numerus partibus suis, quae illum metiuntur, computatis usque ad quinquagenarium numerum pervenit, id ipsum commendans, quando quidem ipsae partes, quae illum metiuntur, aequales inter se sunt, quod cum aequitate administrata corporalis et visibilis temporaliter actio perfectionem homini comparat. Quae perfectio, sicut dictum est, denario numero significatur, sicut quadragenarius numerus aequalibus suis partibus in summam redactis denarium parit, quo ad quinquagenarium, sicut supra dictum est, pervenit. Unum enim, quod habent quadraginta quadragies, et duo, quod habent vicies, et quattuor, quod habent decies, et quinque, quod habent octies, et octo, quod habent quinquies, et decem, quod habent quater, et viginti, quod habent bis, simul ducta fiunt quinquaginta. Nullus enim alius numerus metiri per partes aequales quadragenarium numerum potest praeter hos quos enumeravimus et computatos ad quinquagenarium numerum perduximus.

Peractis ergo Dominus quadraginta diebus post resurrectionem cum discipulis suis, id est, commendans eis quod pro nobis temporaliter gestum est, ascendit in caelum; et post alios decem dies misit Spiritum Sanctum, quo perficerentur spiritualiter ad invisibilia capienda qui visibilibus temporalibusque crediderant, ipsis videlicet decem diebus post quos misit Spiritum Sanctum eandem perfectionem, quae per Spiritum Sanctum confertur, denario numero indicans, quem quadragenarius computatis aequalibus partibus suis edit et fit quinquagenarius, sicut temporali dispensatione cum aequitate administrata pervenitur ad perfectionem, quam denarius numerus significat, qui denarius simul cum quadragenario quinquagenarium facit.

Ergo quoniam perfectio quae fit per Spiritum Sanctum, quamdiu adhuc in carne ambulamus, quamvis non vivamus carnaliter, cum ipsa temporali dispensatione copuletur, recte videtur quinquagenarius numerus ad Ecclesiam pertinere, sed iam purgatam atque perfectam, quae temporalis dispensationis fidem atque aeternitatis futurae spem charitate amplectitur, id est, quasi quadragenarium numerum denario copulat. Haec autem Ecclesia, ad quam pertinet quinquagenarius numerus, sive quia ex tribus generibus hominum eliquatur, Iudaeis et Gentibus et carnalibus Christianis, sive quia sacramento Trinitatis imbuitur, numero quo significatur ter ducto ad centenarium et quinquagenarium pervenit; quinquaginta enim ter ducta fiunt centum

quo cum addideris ipsa tria, quia insigne et eminentes debet esse, quod in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti lavacro regenerationis abluitur, fiunt centum quinquaginta tria; qui numerus piscium invenitur, quia in dexteram partem missa sunt retia, et ideo magnos, id est, perfectos, et regno caelorum aptos habet;

ubi jam conquiescente dispensatione, quae quadragenario numero significatur, denarius remanet, quam mercedem sancti qui operantur in vinea percepturi sunt.

[1] Potest etiam si numerus iste consideretur, occurrere ad Ecclesiae sanctitatem, quae per Dominum nostrum Iesum Christum facta est, ut quoniam septenario numero creatura constat, cum ternarius animae, et quaternarius corpori tribuitur, susceptio ipsa hominis significetur, ducanturque tria septies, quia Pater misit Filium, et Pater in Filio est, et dono Spiritus sancti de virgine natus est. Haec sunt tria, Pater, et Filius, et Spiritus sanctus. Septies autem ipse homo temporali dispensatione susceptus, ut fieret sempiternus.

Fit ergo summa numeri viginti unum, vel tria septies.

Haec autem hominis susceptio ad liberationem valuit Ecclesiae, cui ille caput est. Ac ipsa Ecclesia propter animam et corpus in eodem septenario numero reperitur.

Ducantur itaque viginti unum item septies propter eos qui per hominem dominicum liberantur, et fiunt simul CXLVII, cui additur senarius numerus signum perfectionis, quia partibus suis quae illum metiuntur, constat ita ut nihil minus, nihil amplius inveniatur. Metitur quippe illum unum quod habes sexies, et duo, quae habet ter, et tria, quae habet bis, quae simul ducta unum, et duo, et tria, sex fiunt. Quod fortassis ad illud etiam sacramentum pertineat, quod Deus sexta die perfecit omnia opera sua (Gen. II). Ad centum igitur et quadraginta septem cum sex addideris, quod signum perfectionis est, fiunt centum quingenta tria: qui numerus piscium invenitur posteaquam iussu Domini in dexteram partem missa sunt retia, ubi peccatores, qui ad sinistram pertinent, non inveniuntur.

essere insigne ed eminente, per il fatto che è lavata nel nome del Padre, e del Figlio, e dello Spirito santo nel lavacro di rigenerazione, fa centocinquantatre; che si ritrova [come] numero dei pesci, perché le reti sono calate dalla parte destra, e pertanto li ha grandi, cioè perfetti, e adatti al regno dei cieli;

quando poi cessa l'economia, raffigurata dal numero quaranta, rimane il dieci, mercede che i santi che lavorano nella vigna percepiranno.

[1] Se si considera questo numero, ci si può anche imbattere nella santità della Chiesa, che è fatta da nostro Signore Gesù Cristo, poiché, dato che il numero sette riguarda la creatura – essendo che il tre è attribuito all'anima, e il quattro al corpo -, è significata l'assunzione stessa dell'uomo, e il tre sia preso sette volte, perché il Padre mandò il Figlio, e il Padre è nel Figlio, e per il dono dello Spirito santo è nato dalla vergine. Questo è il tre: il Padre, il Figlio, e lo Spirito santo. L'uomo stesso è poi assunto sette volte nell'economia temporale, perché sia reso sempiterno. Dunque la somma dei numeri fa ventuno, ossia tre sette volte. E questa assunzione dell'uomo è valsa per la liberazione della Chiesa, di cui egli è capo. E la Chiesa stessa ritroviamo nel numero sette per via dell'anima e del corpo. Sia pertanto moltiplicato ventuno parimenti sette volte a causa di quelli che vengono liberati dall'uomo Signore⁸¹, e fa in tutto 147, cui va aggiunto il numero sei, segno di perfezione, perché consta che non si possa trovare nulla di minore, nulla di più ampio delle parti che lo misurano. Lo misura certo quell'uno che hai sei volte, e il due, che si ha tre, e il tre, che si ha due, e sommati uno, e due, e tre, fanno sei. Il che forse dovrebbe pure riguardare il mistero che Dio il sesto giorno portò a termine ogni sua opera (cfr Gn 2, 2). Pertanto se sommerai il centoquarantasette col sei, che è segno di perfezione, fanno centocinquantatre: numero che ritroviamo dei pesci dopo che, su comando del Signore, le reti sono state calate dalla parte destra, dove non si trovano i peccatori, che concernono la sinistra.

quinquaginta. Cui cum addideris ipsa tria, quia insigne et eminentes debet esse quod in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti lavacro regenerationis abluitur, fiunt centum quinquaginta tres. Qui numerus piscium invenitur, quia in dexteram partem missa sunt retia et ideo magnos, id est, perfectos et regno caelorum aptos habet.

Nam illa similitudo reticuli non in dexteram missi simul cepit bonos et malos, qui separantur in litore. Nunc enim intra retia praeceptorum et sacramentorum Dei in Ecclesia quae nunc est simul boni malique versantur. Fit autem separatio in fine saeculi tamquam in fine maris, id est, in litore, cum regnant iusti primo temporaliter, sicut in Apocalypsi scriptum est, deinde in aeternum in illa civitate quae ibi describitur, ubi iam conquiescente dispensatione temporali, quae quadragenario numero significatur, denarius remanet, quam mercedem sancti qui operantur in vinea percepturi sunt.

3. Potest etiam, si numerus iste consideretur, occurrere ad Ecclesiae sanctitatem, quae per Dominum nostrum Iesum Christum facta est, ut quoniam septenario numero creatura constat, cum ternarius animae et quaternarius corpori tribuitur, susceptio ipsa hominis dicatur tria septies, quia et Pater misit Filium, et Pater in Filio est, et dono Spiritus Sancti de virgine natus est. Et haec sunt tria, Pater et Filius et Spiritus Sanctus: Septies autem ipse homo temporali dispensatione susceptus, ut fieret sempiternus.

Fit ergo summa numeri viginti unum, id est, tria septies.

Haec autem hominis susceptio ad liberationem valuit Ecclesiae, cui caput est. At ipsa Ecclesia propter animam et corpus in eodem septenario numero reperitur.

Ducantur itaque viginti unum item septies propter eos qui per hominem dominicum liberantur, et fiunt centum quadraginta septem. Cui additur senarius numerus signum perfectionis, quia partibus suis quae illum metiuntur constat, ita ut nihil minus nihil amplius inveniatur. Metitur quippe illum unum, quod habet sexies, et duo quod habet ter, et tria quod habet bis, quae simul ducta, unum et duo et tria, sex fiunt. Quod fortassis ad illud etiam sacramentum pertineat, quod Deus sexta die perfecit omnia opera sua. Ad centum igitur et quadraginta septem cum sex addideris, quod signum perfectionis est, fiunt centum quinquaginta tres. Qui numerus piscium invenitur, posteaquam iussu Domini in dexteram partem missa sunt retia, ubi peccatores, qui ad sinistram pertinent, non inveniuntur.

⁸¹ Si riferisce al Figlio incarnatosi.